

S

S

200

0-

0

0

0

0

0

0

0

0

0

0

0

0

0

0

0

0

ATA

3546

500/57  
PPH  
c96

362p 12 t

Culturae Baldacci

Magnisimia butata  
sicc autumn fructu


M 26390

R 1548

D. Cárdenas

D

El Ilmo. Sr. D<sup>r</sup> Melchor  
Cano creció en la villa de Sa-  
lamanca por los años de 1580.  
fue discípulo del P. R. P. Fr.  
co de Vicuña, hermano de  
ta summa Maravilla  
ma al Ilmo. Cano el Guen-  
tiano de los Doctores.



# SACRAMEN<sup>T</sup>

TORVM ECCLESIAE,  
EX DOCTRINA FRATRIS

Frācisci à Victoria, ordinis Prædicatorum:

apud Salmanticam olim Primarij Cathedralem

per reverendum patrem Præsentatum fra-

trem Thomam à Chaves illius disch-

pulum, ac eiusdem or-

dinis.

Ad illustrissimum, ac reverendissimum dominum

D. Gasparem à Stanica & Auellaneda Archi-

episcopū Cōpostellānū.

Huic ex tertia auctoris recognitione, nunc  
denuo multò plures quam antea, quæstiones accessi-

tiuntur, necnon & sanctorum Concilliorum, preser-

sionis Tridentini, & aliorum Decretis

aucta, locupletata, atq[ue] illu-

strata est.



OSCAE,

Typis Ioannis Perez à Valdiuicello Typo-

graphi Vniuersitatis

1588.

A costa de Domingo de Pisa, librero.



8.

1943. MAY 9. 042

WEDNESDAY MORNING

WEATHER: Partly cloudy, 20° C. 60%

WIND: SSW 20-30 km/h. Light rain at 0600.

WATER: 20°C. 100% salinity. Dissolved oxygen 7.0 mg/l.

TEMPERATURE: 20°C. 100% salinity. Dissolved oxygen 7.0 mg/l.

WATER: 20°C. 100% salinity. Dissolved oxygen 7.0 mg/l.



1943.5.9.

WEDNESDAY MORNING

1943

WEDNESDAY MORNING



ON Martin Cler-  
gueig de Cancer , por la  
gracia de Dios , y de la  
iancta Sede Apostolica  
Ro. Obispo de Huesca,  
y del coniejo de su Ma-  
gestad. Por la presente,  
damos licēcia y facultad a vos Iuá Perez de  
Valdiuiclo Impressor de libros en esta Vni-  
uersidad de Huesca, para q imprimays, y po-  
deys imprimir y vender en esta ciudad, y en  
todo nuestro Obispado , el libro intitulado  
Sūma de los Sacramētos de la Iglesia, copi-  
lado de los escriptos y doctrina del doctissi-  
mo maestro y padre , dignissimo de memo-  
ria, fray Fráisco de Victoria, de la Ordé de  
los Predicadores , por el padre Presentado  
fray Thomas de Chanes de la misma Ordé.  
En testimonio de lo qual mandamos dar las  
presentes, firmadas de nuestra mano , y por  
el infrascripto nuestro secretario referenda-  
das. Dat. en nuestro Palacio Episcopal de  
Huesca, a los 28. dias del mes de Iunio, de  
mil quinientos ochenta y ocho años.

M'. Eps Osceñ.

De mādamiento de su reuerēdissima señoria.

Luys Nauarro Natario.

A 2 Y o

**Y**O el Licenciado Juan Gasco, Visitador general en todo el Obispado de Huesca, por el muy al- lustre y reverendissimo Señor don Martín Clez- guez y Cancer, Obispo de Huesca y del consejo de su Magestad, he visto por mandado de su Señor; is este li- bro, intitulado Summa de los Sacramentos de la Igles- ia, compilado de los escritos del doctissimo padre Fray Francisco de Victoria, Cathedratico que fue en la Vniversidad de Salamanca, de la Orden de Predicado- res, por el padre Presentado fray Thomas de Chaves de la misma Orden. Y por quanto la doctrina que en el contiene, es conforme a la que nuestra madre la Igles- ia catolica Romana nos enseña, y oyo esto me ha pa- recido que se deve imprimir, para que todos gozen de tan buena y sana doctrina. Fechado en Huesca a 27 de Junio, año 1588.

El Licenciado Juan Gascon.

Digitized by Google

EPISTOLA.

F R A T E R T H O M A S  
C H A V E S I N S A C R A

Theologia Præsentatus, fa-  
miliæ Prædicatoriaæ  
minimus.

\* \* \*  
**Candido Lectori**  
salutem.

**S**Vperiorib<sup>z</sup> annis cx  
ciderat nobis, cädide Le-  
ctor, potius quam ad-  
tus fuctat, Commenta-  
riolus, quo in compen-  
dium redactæ erant ob-  
seruationes inclytī præ-  
ceptoris mei F. Francisci Victoriz, re, & fa-  
ma super ætheranoti, in quartum librum  
Sententiarum: quem ego attenta cura, &  
magna auditate, ex ore dicentis, & præle-  
gentis exceperam; mihi ipsi, vt thesaurum  
eximium seruaturus. Quem tamen postea  
passus sum cōmunicari Republicæ, id quod  
factum fuit alienis manibus, potius quam  
nostris. Nunc autem veluti repositam ad tē  
pus tabulam reuisens, & videns aliqua etiam  
qua secundam, eamq; propriam limam desi-  
derarent; libenti animo hoc, quicquid est la-  
boris, assumpsi, vt opusculum ipsum in lu-

cem ipsi publicam emitterem', castigatum,  
tersum, splendidumque, atque adeo locu-  
pletatum multis partibus. Recisa itaq; sunt  
a nobis nonnulla superflua, additæ sunt plu-  
res quæstiones dignissimæ, quaæ prætermis-  
sæ fuerant. Cuncta etiam ad amissim Con-  
cilio Tridentini sunt exacta, adhibitis in pro-  
prijs locis decretis ipsius, atque diffinitioni-  
bus; quibus, & doctrina ipsa fit augustior,  
& legentis animus optatam tranquillitatem  
inuenit, anxietate, & nutatione sic prorsus  
exempta. Boni consule, quod maiore  
sumpta luce ab Ecclesia, nostris eam lucu-  
brationibus deesse non tulimus. Ea ipsis  
addita, adiunctaque noua diligētia factum  
sit, vt libellus ille prior, iam merito fondere  
tibi debeat; hic autem, quem in præsentia  
damus, omnino sit amplectendus; vt-  
pote qui tot rationibus illi ante-  
cedat, tot commoditatibus  
cum exuperet, vt iam  
præ isto, ille nullus  
censi queat.

Vale.

\*

# VILLVSTRI<sup>7.</sup>

SIMO, AC REVEREN  
dissimo domino D.Gaspari Stu-  
nicæ Auellanedæ , Archiepiscopo  
Compostellano, sacræ, atq;  
catholicæ Maiestati à  
consilijs,

\*

Frater Thomas de Chaucs, Ord-  
inis Prædicatorum,  
S. D.

**N**votis mihi semper  
fuit (illuſtrissime; at-  
que vnde cunq; orna-  
tissime Praeful ) quo  
ad eius fieri posset,  
curare, ut præcepto-  
ris nostri Francisci Victoriæ, imago  
animi expreſſior, æternitati conſe-  
crata, ſine fine per orbem circunfer-  
retur, virique digni immortalitate,  
immortalis eſſet memoria. Et quia

vidi semper hoc à nullo pictore, aut sculptore sperari debere; ut pote quo rum artem uniuersant superaturum esset opus præstandum ( quid enim illi præter mutum corpus nobis redderent, si maxime conarentur ) vertime ad speciosiores plures effigies quas ipse reliquit, spirantes, atq; loquentes, pandentesque diuini hominis ingenium, omnium rerum capax, omnium rerumque locuplex. Vnde etiam ( quanvis crassiore Minerva ) coniucere licet, placidissimi hominis cōstitutionem, ac formam. Plerunque enim natura comparatu visitur, ut pulchri animi, pulchris, & speciosis corporibus sint tributi. Ex pluribus ergo huiusmodi imaginibus præstantissimi hominis, hanc in publicam lucem olim dare constiui; quæ toto hoc libello sc̄e offere spectandam. Qui libellus tam feliciter prodidit, tantoq; aplau-

plausu suscep<sup>t</sup>us est , vt nol<sup>t</sup>ram ( li-  
 c<sup>e</sup>t magnam ) expectationem vice-  
 rit . Hunc ergo noua cura , multis in  
 locis locup<sup>l</sup>etatum , atque expoli-  
 tum , tibi offero protegendum , tan-  
 quam vnicē tibi debitum , vt qui vni-  
 ca sis gloria tanti magistri . Fuit enim  
 & in hoc felix Victoria noster , quod  
 te tantum discipulum , tamque om-  
 nibus numeris absolutum . sortitus  
 est . Bene vale Hispania nostræ al-  
 terum lumen . Apud inclytum  
 nostrum sancti Petri mar-  
 tyris Toletanum cœ-  
 nobiem Idibus  
 Aprilis anni  
 1566.

**ADMODVM**  
**REVERENDO DOMI-**  
 no Francisco Perez, Ecclesiæ  
 Toletanæ S. Genesij  
 Rectori,  
 Frater Thomas de Chaves Ordin-  
 nis Prædicatorum  
 S. D.



Bsecrasti me admodum obseruande domine, paterq; sapiētissime, in Christo Iesu, animo meo charissime ) ac tuis literis efflagitaſti, vt ſep tem Sacramentorum Ecclesiæ mysteria in ſummam quandam redigerem, atq; doctrinam fluēta, quæ doctissimus magiſter frater Franciſcus à Victoria interlegēdum materiā de Sacramentis, in ſuos diſcipulos longè, lateq; effuderat, in compendium cogerem. Cūm itaq; cōſide-

siderarem obsecrationē eius qui potest præcipere, vicē vrgentis obtinere mandati, quanuis aliò me solicitudines, quibus assiduè distringor, euocarent, tua me tamē merita (haud spcrnenda) pepulerūt, vt ibi potissimum meum defudaret ingeniu, cui iam pri dem animum cōsecraueram. Et licet hoc meum erga te obsequium, cōmunitibus alijs laboribus (in quos me totum reiecit obedientia) iniuriam videatur afferre, non sum tamen ratus iniquè facere, priuatę tuę vtilitati in seruiens; qui solus vniuersitatis merita propemodū æquas; cui etiam lōgē sum ego magis astrictus, quam cæteris vniuersis. Omitto interim, q̄ hu ius nostri suscepiti laboris fructus, nō ad te solūm, sed ex te in plures alios debet promanare, qui animū tuū tan quam lucernam ardente, nō sub modo clausam, sed in edito si tam loco suspiciūt. Itaq; quòd cōmuni vtilitatī

in hoc meo opere una ratione vide-  
 bar subtrahere , multis alijs ( si quis  
 recte expederit ) cū ampio fœnore re-  
 stituo. Cape igitur ouans , pater inte-  
 gerrime , hoc ex me munusculū : quod  
 licet inglorium , licet exile ; nunquam  
 vlli à me , nisi tibi cōcessum . Sic autē  
 Sacramentorum materiā in hoc bre-  
 ui opusculo collegi , ut nihil ( nisi me  
 me fallit animus ) quod ad rem perti-  
 net , subticuerim ; nihil superfluum ad  
 miserim : quorum alterum mihi vitio  
 verteres , alterum ( noui enim te ) re-  
 pudiares . Et ut audiūs , maioriq; cum  
 fide opus hoc legeres , nihil ex meo  
 promptuario deprompsi . Omnia ex  
 ditissimo penū mei sapientissimi ma-  
 gistri sunt cruta : qui ex integro ,  
 meo rogatus , scripturam per-  
 legit ; quo nullus tibi in ani-  
 mo dubitationis scru-  
 pulus resideret .

Vale.

Quicquid

**QVIA OM**  
**NIS QVI DE RE ALI-**  
QUA BONIS TLTU I TVR SER-  
mo, debet à diffinitione proficiisci, ut in-  
telligatur quid sit id de quo dispu-  
tatur: ideo nos à diffinitio-  
ne initium ducemus. hoc si  
mus.

**ARTICVLVS.**

**S V A R I T V R** in pri-  
mis, quid sit Sacra-  
mentum? Diffinitio autē de-  
bet esse brevis, & dilu-  
cida oratio, naturā rei  
exponens. Et ideo Au-

*Sacramen-  
tum quid  
est*

gust, lib. 10 de Ciuitate  
Dei, sic diffinit. Sacramētu est sacræ rei signum.  
Hæc diffinitio habetur de conse. d. 2. c.  
sacrificiū. Hæc est etiam prima diffinitio ex-  
trū quas Magister sententiarū ponit in 4. dist.  
1. & sanctus Thomas tertia parte, quæstione  
60. arti. 2. Vbladuerte, quod quādo dicit sa-  
cræ rei, non intelligitur quilibet res sacra,  
quia sic crux, & multa alia esset sacramētu,  
sed res sacra iunctivans nos. Cum enim sa-  
cramētu sit signum quoddam, signa autem  
proprie debeat hōminibus, & sacramē-  
tu

tum sit propriū hominū, oportet ut per rem  
sacrā intelligamus rem homines sanctifican-  
tem. Per signum etiam non intelligas quod-  
cunq; signum, sed signū exterius quod com-  
muniter vocatur signū, & quod diffinit Au-  
gu.2.de doctrina Christiana dicens. Signum  
est quod prēter speciem, quam ingerit sensi-  
bus, facit aliquid aliud in cognitionē venire.  
Est igitur sacramentum, signum sensibile rci  
sacrę, nos sanctificantis. Per rem ergo sacram  
nos sanctificantem, intellige principaliter  
gratiam gratum facientē: quanvis S. Tho.  
3.p.q.60.art.3.dicat tria figurari in sacramē-  
tis. Primū, causam effectuum nostrę sancti-  
ficationis, scilicet passionē Christi Lucæ.22.  
Hoc facite in meam commemorationem.  
Et 1.Corinth.11. Quotiescunq; manducabi-  
tis panem hunc, & calicem bibetis mortem  
domini annuntiabitis. Secundum, causam  
formalē nostrę sanctificationis, scilicet gra-  
tiam. Tertium, causam finalem, quæ est glo-  
ria. Vnde Eccle.cantat ex officio. S. Tho. O  
sacrum cōuiuum, in quo Christus sumitur,  
recolitur memoria passionis eius, ecce pri-  
mū mēns impletur gratia, ecce secundū: & fu-  
turę glorię nobis pignus datur, ecce tertiu.  
Sunt & aliæ diffinitiones sacramenti, quæ  
sub alijs verbis idem quod prima iam posita  
docent. Sacramentum, ait Magist. sententia  
rum. Est inuisibilis gratiæ visibilis forma, ut  
gius

cius imaginem gerat, & causa existat. Et Augustinus lib. de Corpore Christi, Sacramentum est per quod iub regumentis rerū visibilium, diuina virtus secretius salutem operatur. Et Hugo de S. Victo. lib. de Sacramentis. 1. part. cap. 1. Sacramentum est materiale elemētum, foris sensibiliter propositū, ex similitudine representās, ex institutione significans, ex sanctificatione continens aliquam inuisibilem & spiritualem gratiam. Et hæc de diffinitione sacramenti sufficiant.

VISA sacramenti diffinitione, quia de sacramētis nouę legis est noster hic tractatus. Cum iuxta fidem certissimum sit sacramenta nouę legis, à sacramentis veteris legis differre, vt habetur in Concil. Trident. Sess. 7. de Sacramentis in genere. Cano. 2. videre oportet in quibus differant nostra sacramēta à sacramētis veteris legis, maximē à circūcisione, quæ secundū Augu. & doct. conferebat gratiam ex opere operato. Notandum ergo, prīmō certum est, quod sacramēta veteris legis non aperiebant celum, vt patet ex multis sacræ scripturæ locis. Omnes enim antiqui patres, etiam sanctissimi fatebantur se in infernum descensuros, vt Iacob Gen. 37. Descendam ad filium meum lugens in infernum. Job. 14. Quis mihi tribuat vt in inferno protegas me? & 17. & infernus domus mea est Psal. 88. Quis est homo qui vivet, & non

Sacramēta veteris & nouę legis quo differant.

videt-

vicit debit mortem; et crucifixum suum de manu interire. Et certum est quod a sacramenta nostra legis aperiant iustitiam vestram. Christus in sua passione aperuit eam in communione totius gloriarum hominum in particulari ut etiam aperiuntur iugementa. Matth. 12. Predicabat Iohannes, non mittemini agere; appropinquauit regnum gloriae. Ephe. 2. Qui regnatur a deo illius iustitiae, &c. Consideremus nos fecit in saeculis. I. Cor. 8. Si filii ergo sunt hereditas. Matth. 25. Venite bene diciti pueris meis, percipite regnum. Et Matth. 3. Quod baptismo aperiuntur vestigia hoc significat? Quod si ergo sacramentum veteris legis, non possunt homines in statu insufficienti perficiendi eternam eternam & per consequens non dabant iustitiam, quia ultima iustitia est beatitudinem, & prouide tenet gratia non erat perfecta. Unde, tunc quanto tempore heres parvulus est nihil dicitur a sermone; quia scilicet in origine habebat ins ad eundem vitam eternam, ab extrinsecso, quia non dicit aperuerat Christus impunitam celum. Per peccatum enim Adae, & quodcumque actuali peccatum, non solum Adam incurrit indignationem, sed etiam omnes posteri eius, & tota natura humana: & si duplex olim erat indignatio, scilicet contra peccatum, & contra naturam: In veteri aetate lego; per sacramenta tollebat indignatio prima particularis contra singulos homines; sed tamen manebat adhuc indignata

nata Deo tota natura humana, quæ indignatio nunquam usque ad Christum a toto genere humano fuit ablata, & sic non erant Deo perfecte grati in illa lege veteri, sicut nunc in noua, quando omnis indignatio particularis & communis ablata est. Et ista iufificant de sacramentis veteris legis.

**Q VÆ R I T V R**, quot sint sacramenta nouæ legis? Respondeo, quod septem. Baptismus, Confirmatio, Pœnitentia, Eucharistia, <sup>te quo</sup> ~~sacramē~~ <sup>fit.</sup> Ordo, Matrimonium, Extrema unctio. Hoc determinatum est in Concil. Florenti. sub Euge. 4. & in cap. ad abolendam extra de hereticis. Excommunicantur & damnantur, qui de ecclesiasticis sacramentis aliter sentire, aut docere præsumperint, quam ecclesia Romana docet. Præterea idem patet ex Concil. Triden. Sessi. 7. de sacramentis in genere. Cano. 1. cuius verba sunt. Si quis dixerit sacramenta nouæ legis esse plura vel pauciora quam septem, videlicet, Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Pœnitentiam, Extremam unctionem, Ordinem, & Matrimonium anathema sit. Cum ergo ecclesia Romana in dictis concilijs, & in usu teneat. 7. esse sacramenta nouæ legis iam nemini licet de hoc dubitare.

**D V B I T A T V R** à quo fuerint instituta septem praedicta sacramenta. Resp. Iuxta fidem omnia septem instituta fuisse à domi-

no nostro Iesu Christo. Nam ita expressè diffinitur in Concilio Tridentio , Sessione. 7. de sacramentis in genere. Cano. 1. Cuius verba sunt. Si quis dixerit sacramenta nouæ legis non fuisse omnia à domino nostro Iesu Christo instituta, anathema sit.

**Q VÆ R I T V R** item, an omnia prædicta septem sacramenta, sint verè & propriè sacramenta? Respódetur iuxta fidem certissimum esse omnia esse propriè & verè sacramenta. Patet ex prædicto Concil. Tridet. Cano. illo primo. Cuius verba sunt. Si quis dixerit aliquid horum septem sacramentorum non esse verè & propriè sacramentum, anathema sit. Vnde constat sententiam Durádi, quæ olim sub opinione defendebatur, iam nunc inter hæreses esse computandam.

**Q VÆ R I T V R** an huiusmodi septem nouæ legis sacramenta, gratiam contineant, ipsamq; semper & infallibiliter omnibus & singulis dignè ea suscipientibus, conferant, etiam ex opere operato, hoc est, ratione suâ. Respódetur ad questionē affirmatiuè quantum ad omnes & singulas eius partes. Et opusgitum est hæresis, patet ex Concil. Tridentino, Sessione. 7. de sacramentis in genere, Canone. 6. 7. & 8. Verba sexti sunt. Si quis dixerit sacramenta nouæ legis non contineare gratiam, quam significant, aut gratiam ipsam non ponentibus obice, non conferre,

anathema sit. Canonis verò septimi verba sunt. Si quis dixerit non dari gratiam per huiusmodi sacramenta semper & omnibus, quantum est ex parte Dei, etiam si ritere ea suscipiant, sed aliquando & aliquibus, anathema sit. Can. 8. verba sunt. Si quis dixerit per ipsa nouæ legis sacramenta ex opere operato non conferri gratiam, anathema sit.

S V F F I C I E N T I A M & congruit-

7.

tem huius numeri docet. S. Tho. 3. p. q. 65. Sacramē-  
art. 1. dicens. Sacmenta ecclesiastica ordi- torū ius.  
nantur ad duo, scilicet ad perficiendū homi- ficienū.

nem in vita spirituali, seu in culta Christianæ religionis, & in remedium contra peccatum, & quantum ad utrumque conuenienter sunt. 7. Vita enim hominis spiritualis, similitudinem habet ad vitam corporalem, propter quod eodem nomine vocatur utraque vita. In vita autem corporali dupliciter aliquis perficitur, uno modo quantum ad propriā personā, & hoc dupliciter, scilicet aut acquirendo perfectionem, aut remouendo impedimenta. Perficitur autem vita perfectione prima per generationem, quando acquirit vitam: & loco istius generationis succedit baptismus, qui vocatur regenerationis, quia homo cum esset mortus per peccatum, recipit vitam per lauacrum regenerationis, & renovationis, ad Titum. 3. Secunda perfectio est

augmentum , cui succedit secundum sacra-  
mentum confirmationis, quod principaliter  
in Pentecoste est institutum , quando domi-  
nus dixit, Sedete in ciuitate, donec induami-  
ni virtute ex alto. Tertia perfectio vita corporalis est nutritio, que est conservatio vita,  
& loco huius succedit eucharistia. Vnde Ioā.  
6. Nisi manducaueritis carnem filij hominis,  
& biberitis eius sanguinem , non habebitis  
vitam in vobis. Sed quia homo interdum  
incurrit aegritudines, habere debebat reme-  
dium; quod quidem est duplex, unum ad re-  
pellendum morbum, ut pharmaceū : alte-  
rum ad restituendas vires. Sic etiam in vita  
spirituali , ad expellandas infirmitates pec-  
cati, est pœnitentia. Psal. 11. Sana animam  
meam, quia peccauit tibi. Alterum ad expelli-  
das reliquias peccatorum , & est extrema  
unctionio, de qua Iacobi. 5. Et si in peccatis fu-  
rit, dimitte ntur ei. In ordine autem ad com-  
munitatem perficitur homo dupliciter, uno  
modo suscipiendo potestatem regendi : &  
loco istius succedit ordo. Alio modo secun-  
dum naturalem propagationē, quod fit per  
matrimonium, tam in corporali, quam in spi-  
rituali vita.

### D E S A C R A M E N T O B A P T I S M I

tractat Magister. quarto. distinet. tercia, & dicit. quod  
baptismus est ablūtio exterior corporis facta sub for-  
ma verborum præscripta & determinata. Tractat de  
hoc

augmentum , cui succedit secundum sacra-  
mentum confirmationis, quod principaliter  
in Pentecoste est institutum , quando domi-  
nus dixit, Sedete in ciuitate, donec induami-  
ni virtute ex alto. Tertia perfectio vita corporalis est nutritio, que est conservatio vita,  
& loco huius succedit eucharistia. Vnde Ioā.  
6. Nisi manducaueritis carnem filij hominis,  
& biberitis eius sanguinem , non habebitis  
vitam in vobis. Sed quia homo interdum  
incurrit aegritudines, habere debebat reme-  
dium; quod quidem est duplex, unum ad re-  
pellendum morbum, ut pharmaceū : alte-  
rum ad restituendas vires. Sic etiam in vita  
spirituali , ad expellandas infirmitates pec-  
cati, est pœnitentia. Psal. 11. Sana animam  
meam, quia peccauit tibi. Alterum ad expelli-  
das reliquias peccatorum , & est extrema  
unctionio, de qua Iacobi. 5. Et si in peccatis fu-  
rit, dimitte ntur ei. In ordine autem ad com-  
munitatem perficitur homo dupliciter, uno  
modo suscipiendo potestatem regendi : &  
loco istius succedit ordo. Alio modo secun-  
dum naturalem propagationē, quod fit per  
matrimonium, tam in corporali, quam in spi-  
rituali vita.

D E S A C R A M E N T O B A P T I S M I  
tractat Magister. quarto. distinet. tercia, & dicit. quod  
baptismus est ablūtio exterior corporis facta sub for-  
ma verborum præscripta & determinata. Tractat de  
hoc

hoc sacramento sanctus Thomas terria parte, quaestio. ss. Tractatur etiam de baptismate, in Concilio Florético. Et abunde satis in Concilio Tridentino, Sessione 7, de Baptismo, per Canones quatuordecim.



V B I T A T V R, quando fuit institutus baptismus? utrum ante Christo passionem, vel postea? Respondeo per duas propositiones. Prima, Certissimum est quod fuit institutus a Christo ante passionem. Paret hoc Ioan. 3. ubi expresso habetur, quod Christus baptizabat. Et Ioan. 4. declaratur quomodo baptizabat, quamquam Christus non baptizaret, sed discipuli eius baptizabant de mandato ipsius, quia alias Christus non diceretur baptizare. Non est autem verisimile, quod Christus baptizaret baptismō Ioannis, nec etiam apostoli Ioannis baptismō baptizabant, ut dicit Hierony. in epistola ad Seleucianum, & in sermone Epiphani. Alias inter discipulos loā. non fuisset inuidia, qui dolerant eō, quod plures baptizaret Christus, quam Ioannes, nam ille baptismus disceretur Ioannis, non Christi. Item sacramenta sunt instrumenta nostrae redēptionis: cum ergo Christus perfecerit redēptionem in paſſione vel reſurrecțione, & baptismus sit potissima pars redēptionis, sequitur, quod fuit institutus

8.  
Baptismus  
quod in-  
stitutus.

ante Christi passionem. Et ita tenent omnes doctores.

Beda. 2.

S E D queritur, quando? Quidam dicunt, quod quando Christus baptizatus fuit in Iordanis, tunc enim sanctificans aquas, vim regeneratiuā illis contulit. Alij dicunt, quod fuit institutus quādo Christus dixit discipulis suis, Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos, &c. Marci vltimo. Sed hoc refellitur, quia fuit institutus ante passionē, prædicta autē verba dicta fuere post resurrectionem. Sandans Thomas & Nicolaus de Lyra, tenent, quod fuit institutus quādo Christus fuit baptizatus in Iordanis. Ioan. 1. & ita tenendum est sine aliquad dubitatione.

10.  
Baptismi  
obligatio  
quādo in-  
cepit.

Q V A E R I T V R , quando baptismus incepit obligare, & consequenter alia sacramenta nouæ legis, ac proinde quando cessauerūt legalia? Respondeo per propositiones. Prima propositio, Ante passionem & mortem Domini, circuncisio & alia legalia fuerunt semper sub præcepto. Probatur, nam Christus non soluit veterem legem, antequādam eam impleret: sed non fuit impleta usque ad passionem, cùm dixit consummatum est, Ioannis decimonono. Ergo ante passionem legalia non cessauerunt: per passionem enim suam (ut ait Paulus) liberavit nos Christus a servitute legis. Secunda propositio, In passione Domini omnia legalia fuerunt extinta quan-

quantum ad præceptum, & quantum ad virtutem. Volo dicere, quod post passionem Domini non erat præceptum de circuncisione, nec de aliquo alio in lege scripta, totaliter enim extincta erat quantum ad viam illam, quam prius habebat, & nullum omnino habebat effectum. Lex enim illa fuit instituta ad significandum gratiam noui testamenti, qua per Iesum facta est, ac proinde mortuo Christo debuit cessare: sicut adueniente luce, cessat umbra. Item legalia non conferebant gratiam perfectam: ergo dum venit quod perfectum est, euacuatum est quod ex parte erat. 1. Corint. 13. Reprobatio fit prioris mandati propter inheeritatē eius, & inutilitatē, nihil enim ad perfectum lex adduxit, introductio vero fit melioris spei. Tertia propositio, Ante promulgationem sufficientem euangelij, per aliquod tempus legalia non erat mortifera: ad hunc sensum, quia licebat obseruare ea, & non erat peccatum etiam scienti & non ignorantis legem Christi. Prob. quia Paulus circuncidit Timotheum, Act. 16. & purificavit se. Act. 21. Hoc autem permisum fuit, ut Augu. ait, ut synagoga cum honore sepeliretur. Ut ostenderetur igitur quod fuerat bona & sancta, non est illi statim post passionem derogatum. De ista propositione fuit magna controvrsia inter Hieronymū & August. Hierony. enim videtur sentire,

Legalia

quando  
cessau-  
runt.

quod statim post passionem legalia fuerunt mortifera, & factum Pauli & Petri excusat; quia fuerunt quedam piæ dispensationes & simulationes, ut vitaretur scandalum. Sed Augustinus oppositum omnino tenet, & quidē differt & eleganter disputat; Si enim iam essent mortifera, propter nullum scandalum licuisset Paulo circuncidere Timotheum, nec simulare circumcisionem: etiam pro salute totius populi Iudeorum, quia esset mendacium in facto. Petras autem incaute se habuit in obseruatione legalium, nimium cōdescendens Iudeis illis, qui legalia obseruanda esse dicebāt, ita ut aliqui eius exēplo inducerentur ad eorum obseruantiam, quasi essent necessaria: & ideo Petrus aliquam levem culpam incurrit, & erat reprehēsibilis, ut ait Paulus. Quarta & ultima propositio, Post sufficientem promulgatione euangelij omnia legalia fuerūt & sunt mortifera. Hoc determinatum est extra de baptismō & eius effecta. e. maio. & in Conci. Florenti. dānatī sunt Cherinthus & Ebion, contrariū tenentes. Et ad Gal. 5. Si circuncidamini Christus vobis nihil proderit.

**rr.**  
Promulga-  
tio euāg-  
lii quādo  
fuit fēcta  
sufficiēt.

S E D dubium est, quādo fuit facta sufficiens promulgatio euangelij? Respon. quod non est certum. Non enim potest dici quod fuit facta in Pentecoste, quia postea Paulus circuncidit Timotheum, & Petrus seruabat lega-

legalia, ut patet Actu. 10. Absit à me dñe, commune & immundum non introiuit in os meum. Nec potest dici quod in 3. Conci. celebrato actu. 15. quia postea purificatio Pauli facta est, Act. 21. & in illo concilio continentur aliqua legalia, scilicet ut abstineant à suffocato & sanguine. Dicunt aliqui, quod tunc facta est sufficiens promulgatio, quando Titus & Vespasianus destruxerūt Hierusalem. Permissio enim legalium post passionem, erat propter Iudeos, Cum igitur illi tunc sint pene extinti, sine lege, sine rege, sine Deo, ut dicit Lactan. videtur quod ex tunc omnia legalia sint mortifera: & licet hoc non sit certum, non est tamen aliquo pacto dubitandum, quoniam nunc & per multas annorum centurias antea fuerint legalia mortifera. Circucisio enim fuit instituta ad significandum aliquid futurum in Christo, & sic modo esset mendacium perniciolum. De baptismo igitur, & de omnibus sacramentis nouae legis, ait Sanct. Tho. quod post passionem Domini cœperunt habere vim obligatoriā, quia tunc cessauerūt legalia: ut aperte dicit prophetia Daniel. 9. Et in dimidia hebdomada occidetur Christus, & cessabit hostia & sacrificium. Probatur autem hoc, quia Marci viii. Christus dixit. Ite, docete omnes gentes baptizantes eos, &c. qui non crediderit, condemnabitur. Hoc autem di-

& cum fuit ante Pentecostem, & apostoli prædicabant eumodo, quo Christus præcepit, scilicet. Nisi baptizemini & crediditis condemnabimini: ergo tunc tenebatur ad baptismum, & per consequens ad alia pracepta nouæ legis.

72.  
Baptismi  
materia  
qua sit.

Q VÆ R I T V R, quæ sit materia sacramenti baptismi? Respondeatur, quod aqua simplex, quia habet proportionem ad effectum spiritualem, quoniam mundat, & est communior materia, quam omnes facile possunt habere. Patet hoc Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest, &c. Et ita definitur in Cœcili. Floren. sub Eugenio. 4. Et item in Conci. Trid. Ses. 7. de Sacramento baptismi. Câno. 2. cuius verba sunt. Si quis dixerit aquam veram & naturalem non esse de necessitate baptismi, atq; idco verba illa Domini nostri Iesu Christi, nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, ad metaphoram aliquam detorserit, anathema sit. Cum niue autem & cum glacie, non posset quis baptizari, quia est alterius speciei, quam aqua. Posset tamen baptizari aqua resoluta ex niue, aut glacie, seu gelo quia iam est vera & simplex aqua, quamvis de hoc Marsilius dubitet, & quidem alij, aqua vero rosacea & alijs artificialibus aquis non potest quispiam baptizari, quia non sunt aquæ verae.

**Q**VÆRITVR, quæ sit forma huius sacramentis? Respondetur, quod hæc, Ego te baptizo in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Patet hoc Matth. vlti. & in concil. Flore. Quæritur vtrum mutatio huius formæ vitiet sacramentum? Respondeatur, quod duplex est variatio, quædā quæ mutat sententiam & sensum formæ, & talis evanescat sacramentum. Altera quæ nō mutat sensum & sententiam formæ, & talis non tollit sacramentum. Vnde in cap. retulerunt. de consec. distinct. 4. Zacharias Papa determinauit, quod ille qui dicit. Ego te baptizo in nomine patris, & filias, & spirituas sanctas, vere baptizauit.

**Q**VÆRITVR, an si diceret, Ego te baptizo in nomine genitoris, & geniti, & procedentis, vere baptizaret? Respondeatur, quod S. Tho. hic. & 3. p. q. 66. ar. 5. & 6. dicit quod nō. Idem tenet S. cot. Bona. Ricar. Tho. de Argetina. Gabrie. Alaco, & Mat. Paulutame dubitat. Cale. autem tenet omnino contrariu, assertens quod ibi esset verū sacramentum quod probat multis argumentis. Nam de conc. d. 4. c. à quodā Iudeo. habetur quod cum quidā Iudeus baptizaret, determinauit Papa, quod si baptizabat in nomine Trinitatis vel Christi, vel patris & filij & Spiritus sancti (unū quippe & idē cī) nō debebat iterum baptizari. Plns autem differt nomen Christi, à nomine patris, & filij, & spiritus

13.  
Baptismi  
formaque  
sit.

14.  
Error in  
forma an  
vitiet sa-  
cramentum.

sancti, quam nomen genitoris, geniti, & procedentis: ergo. Hanc opinionem Caiet. reputat certam magister Victo. Fatetur tamen quod taliter mutare formam esset contra preceptum, ac pro inde peccatum: baptismus tamen esset validus.

338

**Baptismus  
in nomine  
Christi an  
st. val.  
dus.**

QVÆRITVR, an si diceret, Ego te baptizo in nomine Iesu Christi, sufficeret ad baptismum? Resp. quod hoc aliquando fuit licitum & sufficiens. Patet quia ut dicitur Act. 2. & 8. apostoli baptizabant sub illa forma: quod factum est ex instinctu Spiritus sancti propter odiū quod habebat Iudei ad nomē Christi, ut incitarentur ad amorem eius. Vel forsitan, quia apostoli non audebant in principio prædicationis suę, aperte nominare Trinitatem populo infirmo. Sed utrū sufficeret nunc prædicta forma? Respōdet S. Tho. 3. p. q. 66. art. 6. dicit quod nō, & ita tenet communiter doceo. Quia dicitur Matth. vlt. Baptizantes eos in nomine patris & filij, & spiritus sancti. Et cap. in finodo, de consl. d. 4. Euge, exp̄sē determinat, quod si quis in forma baptismi unā personā non nominaret, non baptizaret, & ibidē cap. si re vera dicitur, quod si quis baptizaret in nomine domini, non esset baptismus. Et Didymus in lib. de Spiritu sancto, dicit, quod qui in forma baptismi nominaret unam personā Trinitatis sine alijs, nō baptizaret. Cū apostolis autē disp̄lauit spiritus

ritus sanctus, ppter rationes iam dictas. Caict. verò oppositum tenet. 3. p. q. 66. art. 6. & Magist. senten. hic in litera, & Hugo de S. Vi etore lib. 2. de sacramen. par. 6. c. 2. & Adri. in 4. q. 2. Quia in cap. à quodam Iudeo. dicitur, quod qui baptizatus est in nomine Christi, non est rebaptizatus. Sed forte prædictum caput noluit hoc determinare tāquā de fide, Res mihi dubia est & ambigua, & ideo nihil volo determinare: utraq; opinio est probabilis, & periculosa est hic tenere in tanta materia, quod certum non est.

**Q VÆ R I T V R**, an esset baptismus si quis diceret: Ego te baptizo in nomine sanctissimæ Trinitatis & individuæ unitatis? Respondetur, quod omnes dicunt, quod non. Itatenet S. Tho. Sco. Adria. & cæteri. Caie, tamē tenet, quod est ver⁹ baptismus, ppter illud cap. à quodā Iudeo. Certe ego in hac re non credo. Caict. sed dico, quod non esset baptism⁹. Et idē dico de eo qui diceret, Ego te baptizo in nominibus patris, & filij, & spiritus sancti: non est baptismus: Itatenet Palu. 4. distin. 3. q. 1. art. 3. & Magister Sententiarum. 4. distin. 3. cap. 5.

**Q VÆ R I T V R**, an requiratur, quod minister, seu baptizans exprimat propriam personā, dices, ego? Respondeatur quod sufficit dicere virtualiter, ut si dicat, Baptizo te, &c. Sed utrum sit necessarium quod exprimatur

Baptismus  
in nou-  
ne Trinita-  
tis.

Baptizans  
an debeat  
exprimere  
propriam  
personā  
fal-

saltem virtualiter respondere, quod non, & ita tenent omnes. Nam Graeci baptizant sub hac forma, Baptizetur seruos Christi in nomine patris, &c. Et si verus baptimus, ut tener S. Tho. 3. p. q. 66. art. 5. 1. & 2. Et ita comprehendendum est sine dubio. Quia uis in c. 1. si quis de baptis. videatur dici contrariu, sed intelligatur de illis, qui tantummodo dicat in nomine patris & filii, & spiritus sancti: non dicendo baptizo, vel baptizetur. Si quis autem diceret (causa grantatis) nos te baptizamus in nomine, &c. non esset baptimus, secundum S. Tho. 3. p. q. 66. art. 4. 5. quia variatur sensus formæ. Nos enim significat ego & tu. Si autem episcopus, vel alia magnifica persona baptizat sub illa forma, est verus baptimus, quia iam ex circumstantijs & accommodatione patet tantumde significari, sicut ego te baptizo. Duo autem si sic baptizat, & viuis aquam mittat, alter vero dicat: ego te baptizo, &c. nihil faciat, quia est falsa forma illius qui dicit ego te baptizo. Si vero simul & semel ambo baptizat (quia contendunt de preceptanda) ita quod quilibet totum faciat, est verus baptismus, nec de hoc dubito, nisi quilibet dicat, nos te baptizamus. Tunc enim secundum in S. Tho. 3. p. q. 66. art. 5. & q. 67. art. 7. non est baptismus, quod ego reproto securius, licet oppositum dicat Caiet. 3. p. q. 67. art. 7. & Pala. 4. de. 3. q. 2. & Durand. 4. d. 5. q. 3.

**S E D** utrū requiratur quodd nominetur persona baptizata, scilicet te? Respon. quod Baptizata. **Scot.** 4. d. 3. q. 2. art. 3. & Gabriel. 4. dist. 3. q. vnica, dicut quod sic, & ita tenendum est, nam requiritur quod verba baptizatis applicentur alicui. Sed utrum quis posset scipsum baptizare? Respon. quod non, ut patet, e debitu. de baptismo. ubi hoc determinatur. Sed utrū esset baptismus si quis diceret, ego te ablao, vel mergo? Respōdetur, quod sic, quia verba sunt synonyma: quicquid dicat **Glossa** in cap. multi sunt. Et fēminæ sermones Hispanobaptizantes, melius faciunt, quā illæ quæ baptizant sermone Latino, quia sciunt melius pronuntiare verba Hispana, quam Latina.

**D V B I T A T V R**, an requiratur merito baptizati in aqua, vel an sufficiat cingere ipsum? Respō. quod fuit antiqua consuetudo mergeretur, iam vero non oportet, sed qui libet seruet morem suæ diceccis. Unde in Germania ponitur dontaxat guttula aquæ, &c. In locis autem ubi confuetum est ter mergere puerum, si ante secundā, vel tertiam mersionē, dicta forma baptismi, puer morietur, vere baptizatus est, ut dicit Caieta. licet Palude oppositum teneat. Si autē timeatur mors pueri si mergeretur non debet mergi, sed sufficiat cum aqua aspergere, quicquid dicat **Palud.** 4. d. 6. q. 1. art. 3. nam contra cum tenent

Mergo bap-  
tizati. an  
requiratur

tenet omnes Doctores. Si verò quis diceret,  
Ego te baptizo in nomine patris, &c. & mit-  
teret puerum in flumen, vtrum esset baptis-  
mus? Respon. Palud. 4. dist. 3, quæst. 1. & Sco-  
tus. d. 5. q. 3. & Mat. 4. q. 1. & communis opinio  
dicit quod nō est baptizatus talis puer. Syl-  
vest. etiā tenet idē, & hoc intelligendū est etiā  
filie qui sic mittit puerū, intendat cum ba-  
ptizare. Maio. autē in 4. d. 4. q. 2. & Panor. c.  
non vt apponeres. de baptismō, tenet, quod  
esset vere baptizatus. Pro vtraq; parte est  
apparentia, Ego malē tenere, quod esset ba-  
ptizat⁹, nihil enim refert mittere eū in aquā,  
vel mittere plurimam aquam super eum.

**Baptism⁹ remittit omnia peccata etiā actualia?** Et vide-  
tur, qd non, quia institutus est contra origina-  
lē. Respōdetur ex sententiā omnī doctorū,  
quod baptismus remittit oīa peccata etiam  
actualia. Patet Ezechielis 36. Effundā super  
vos aquam mundam, & mundabimini ab  
omnibus inquinamentis vestris. Et est deter-  
minatū ab ecclesia, de consec. d. 4. c. par uolo.  
& c. regenerāte, & sunt verba Augu. & figu-  
ratum fuit Exodi. 14. in Agyptis, de quibus  
dicitur: nec unus quidē superfuit ex eis. Vbi  
dicit gloss. sic, peccata omnia in baptizato.  
Item originale nō dimittitur sine gratia, sed  
gratia non patitur secum peccatum mortale,  
ergo omnia peccata mortalia remittuntur in  
baptis-

baptismo. Hęc conclusio est de fide, & patet ex multis locis sacrae scripturae, & ex capitulis maioribus, de baptisi, ac proinde non licet de ea dubitare. Sed an remittatur tota poena debita peccatis? Respondetur ex sententiis omnium doctorum, quod sic Augu. in Enchir. c. 4. 3. & habetur de concil. d. 4. cap. per baptismum. sit. Per baptismum quicquid ab homine dictum, factum, aut cogitatum est, tornabolatur, & quasi factu non sit habetur. Et Ambros. qui allegatur a magistro Oenrico. 4. d. 4. dicit quod in baptismo non requiritur gemitus peccatorum, quia gratis omnia condonantur: sed si non remitteretur tota poena, requirere tur gemitus peccatorum, ergo. Itē, quia alias post baptismum imponeretur pénitentia sicut in confessione, sed non imponitur, ergo nullus relinquitur, reatus poena post baptismum. Item vir dicitur Roma. 6. In baptismo commorimur Christo, id est, applicatur nobis eius passio plene, ergo tota mundat conscientiam. Et si aliqua ieiunia baptizandis ante baptismum imponerentur, vel permitte batur, hoc erat propter reverentia baptismi vel ad latissimandum pro peccatis, non autem ad tollendam poenam. Remittitur etiam ratio ne baptismi temes & inclinatio ad peccatum: dicitur Augu. de concil. d. 4. c. non ex quo, quod non ex proprio n. statutum a romane baptizatus, sicut non baptizatus. Diversum autem

non per subtractionem, sed per additionem  
contrarij, scilicet gratia & virtutis,

21:  
Gratia &  
virtutes  
dat̄ in ba-  
ptismo.

QVÆRITVR, utrum in baptismo de-  
rur gratia? Respon. quod de hoc non potest  
dubitari. Nam præterquam quod in sacra scriptu-  
ra habetur, est etiā determinatio in Clemēt.  
vni. desum. Trini. & fide catholi, & in cao. ma-  
iores de baptismo. Et etiā virginis Mariæ cō-  
rūs gratiā, contra quosdā errantes, & dicē-  
tes, ipsam vel uon habuisse præceptū baptisi-  
mi, vel non recepisse in eo gratiā. Confert  
etiam virtutes infusas, ut in predictis ea. est  
ab ecclesia determinatum.

22.  
Baptismi  
effectus: an  
sit equalis  
in omnib.  
suscipien-  
tibus?

QVÆRITVR, an baptismus omnib.  
conferat equalē effectum? Resp. duplicē esse  
baptismi effectum, unum ordinatum, qui est  
gratia & virtutes, & remissio peccatorū, at-  
que pœnaru. Alterū aliquo modo annexum,  
ut donum prophetiæ, & gratia grātis dat̄.  
& de hoc secundo effectu, manifestum est  
quod non semper omnibus confertur & qua-  
lis. De primo vero est inter theologos con-  
certatio. Scotus enim de Gabriele. & Cai-  
ta. tenet quod licet ratione sacramenti derur  
determinata gratia, tamē ratione deuotio-  
nis ministrorū (vel quia unus est prædestina-  
tus ad maiorem gratiā, quam aliis) est maior  
effectus baptismi in uno, quam in alio. Sed  
ego nō dubito quin hoc sit falso, & contra  
Sanctum Tho. Sed dico, quod semper ratio-  
ne

ne sacramenti darur aequalis gratia. Ita tenet  
Majo. q. d. 4. q. 3. & hoc intellige de pucro.  
Nam de adulto non negarem quin maiorem  
gratiam baptismi recipiat unus quam alius,  
quia est maior dispositio in uno, quam in alio.

23.

QV A R I T V R, vtrum qui est in actuali  
voluntate peccandi sit baptizandus? Respō: ptizandus  
S. Tho. 3. par. quæst. 68. articu. 4. & art. 8. ad. qui est in  
actuali voluntate peccandi.

S. Scotus. 4. dist. 4. quæst. 1. Et Palu. 4. di-  
stin. 4. q. 1. Et Duran. 4. d. 4. quæstio. 2. quod  
talis non est baptizandus, & de hoc non est  
dubitandum. Et Augu. (& habetur de con-  
fessa, dist. 4. cap. omnis qui.) ait. Omnis qui  
jam sui voluntatis arbitrio constitutus est,  
cum accedit ad sacramentum fidelium, nisi  
pœnitentia non potest nouam vitam inchoare.  
Ab hæc pœnitentia, cum baptizantur, soli  
pueri immunes sunt. Item Actu. 2. Agite  
pœnitentiā, & baptizetur unusquisq; vestrū.  
Pœnitentia autem quæ ante baptismum re-  
quiritur, debet esse contritio, sicut & in sacra-  
mento confessionis: nisi excusat ignoran-  
tia, qua putat se sufficientem dolorē habere,  
cum tamen non habeat: tunc enim sufficit  
attritio cum sacramento, sicut etiā de pœni-  
tentiā. Et per omnia similis dolor requiritur  
ante baptismū, sicut ante pœnitentiā: quia  
dolere de peccatis, est de iure naturali, quod  
nō impeditur à iure diuinio. Baptismus au-  
tem in peccato mortali suscepitus, valere in-  
luditq; cipit

cap. tunc valere. de consecratione. distincte.  
4. maxime si habuerit esse rationem. Sed quod  
utitur, quare hoc sacramentum habet istud  
privilegium, quod recedere fictione, valeat,  
cum Euclares non habeant illud, immo  
nec potestentia? attributio enim post peni-  
tentiā nihil valeret, quoniam tam pœnitē-  
tia valeret. de tamen attributio post baptismū,  
illius in quā peccati patetatio de quo erat si-  
cile, sufficiebat hoc se baptisato consecrari  
tia ex opere operato. Respon. S. Tho. q. ad q.  
q. 12 art. 2. quod ratio determinans est, quia bapti-  
smus imprimet characterem, qui etiam talis  
est vere baptizatus, & baptismus non potest  
iterari & sic non reparatur effectus eius  
sicut invacuum suscepimus. Et hoc usus ante alio-  
rum sacramentorum iterabilium potest re-  
cipi.

QVI ET TUTUS an sunt plura baptis-  
mata Respon. quod sic, nam triplex est ba-  
ptismus, videlicet, flaminis, sanguinis, &  
aqua, ut notat gloss. super illud Hebreo. 6.  
Baptismus doctrinae. Et de baptismis flami-  
nis sic tristis, quia firmissimus, & ibi glos-  
sae de coact. d. 4. ca. necessarii. & ibi glo. scil.  
Grego Nazianzenus, Oratione. d. in laude  
Epiphanius omni lumina, & Bonaventur. epist. 77.  
nuncrysum vobat baptismum. Et Celsiodo de  
singulis officiis unicae, ponit hanc in bap-  
tisma

prismana: Et Origen. homil. 4. Leviti. 85  
Aug. 13. de Civita Dei. c. 7. Baptismus autem  
flaminis vocatur per misericordiam peccatorum. 86  
quacunq; conuersio in Deum sufficiens ad  
infusione gratiae, qui non vocatur sacramen-  
tum, quianon confert gratia excepto e operas-  
to. Nec martyris vocator sacramentum, qui in  
iusti essent plura quam pre omni sacramenta  
noue legis. Nec sunt necessarie in martyriis  
res & verba, materia & forma. Sacramenta  
autem omnia consistunt ex illis. 87 imp. 330. 88

- Q. V. A. R. I. T. V. R. utrum pueri sint ha-  
ptizandi? Et videtur quod non, quia nemo  
debet baptizari, nisi voluntarie, sed in pueris  
non est voluntarius, ergo. Respondet nullo  
modo est dubitandum, quod pueri sine baptis-  
tizantur, dicitur, si autem baptizantur, falaci-  
tur. Hoc expresso determinatur ipso, in  
magis debaptismo. & Ioan. 3. dicitur Nisi quis  
renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, &c.  
Et Aug. contra Iulia. & de baptismo patulo-  
rum. ca. 13. & 30. & de fide ad Petru. c. 6. & in  
multis alijs locis determinat, quod pueri sine  
baptismo damnantur, & cum illo iustifican-  
tur. Pucri enim habent originale peccatum  
secundum illud Roma. 1. Omnes in Adam pecc-  
auerunt; sed in noualege non est aliud reme-  
diuim contra originale, nisi baptismus; ergo;

pueri, an  
sint bapti-  
zandi?

- Q. V. A. R. I. T. M. R. utrum amentes & fa-  
tiosi sint baptizandi? Resp. q; si aliquis sit per-

Amates &  
fatuosi, an  
sint bapti-  
zandi?

petuo amens, quia sic natus est, & nuncquam  
habuit usum rationis, talis est baptizandus,  
quia idem est iudicium, ac de puer. Secundū  
dico, quod si amens habuit aliquando usum  
rationis, & tunc cum erat sui compos voluit  
baptizari, licet postea inciderit in amentiam,  
est baptizandus sive dubio. Verum est, quod  
si quando habuit usum rationis, & voluit  
baptizari, constet cum esse in aliquo peccan-  
to mortali, a quo holebat abscinere, male  
faceret qui eum baptizaret. Si autem talis  
de facto baptizetur, utrum cōsequatur gra-  
tiam? Doctores concorditer dicunt, quod  
nihil sibi proficeret baptismus. Nec ego op-  
positum auderem determinatē dicere. Pro-  
babile tamen existimo, cum baptismus sit in  
remedium peccatorum, quod habet effica-  
ciam erga atritum qui est in mortali. Et po-  
test etiam baptizari cum sit in originali talis  
furiosus: quod si baptizetur in casu dicto,  
salvabitur, ne ponamus aliquem in via extra-  
statum salutis. Hoc credo multum probabi-  
le. Tertio dico, quod si talis cum habuit usum  
rationis noluit baptizari, postea lapsus in  
amentiam, non potest baptizari, quia voluntas  
pr̄terita reputatur pr̄sens. & si baptizetur  
nihil ei valet baptismus, ut videtur. Quartò  
dico, quod si sit taliter amēs, de quo creditur  
quod redibit in pristinam sanitatem, etiam  
si ante amentiam voluerit baptizari, non est  
bap-

baptizandus, sed propter reverentiam factam  
menti expectada est cuius conualecentia: du-  
modo non sit periculum de morte eius.

**Q**UÆ R I T V R, an pueri infidelium sint  
inuitis parentibus baptizandi? Est quæstio  
grauis, & tractatur a S. Th. 3. p. q. 68. ar. 10. 4.  
d. 4. Capre. & multi Thomistæ tenent partem  
negatiuam, scilicet, quod nullo modo licet  
baptizare filios infidelium quocumque, siue  
illi sunt pagani, siue Iudei, siue liberi, siue ser-  
vi, inuitis parentibus. Sco. 4. d. 4. q. 9. tenent  
contrarium, scilicet, quod sunt baptizandi.  
Durand. autem lib. & dist. cad. quæst. 6. &  
Caiet. 2. 1. q. 50. art. 12. tenent viam medianam.  
Dicit enim hæc opinio esse distinguendum  
de infidelibus. Quidam enim sunt sui iuris, &  
non servi christianorum, & tali filii non sunt  
baptizandi inuitis parentibus. Alij infideles  
sunt servi christianorum, quales sunt qui iure  
belli sunt servi, & etiam Iudei secundus  
istos, & filii eorum, quia occiderunt regem  
nostrum: & horum filii possunt & debent inuitis  
parentibus baptizari. Hanc opinionem putat  
Caieta. esse S. Thom. Pro huius questionis  
solutione notandum, quod per parentes in pro-  
posito, non intelligimus solos genitores, sed  
etiam eos, in quorum custodia, & cura sunt filii.  
Vnde si puer infidelis, iusto titulo, vel etiam  
iniusto (ut bene dicit Capre.) veniat ad ter-  
ras christianorum, cum iam non possit esse sub

27.  
An pueri  
infidelium  
sint bapti-  
zandi inuitis  
parentibus.

cura genitorum, sed sub cura dominorum Christianorum, esset baptizandus. Nam si tales non liceret baptizare, cum proprij parentes non possint eorum curam gerere, essent pueri extra statum salutis S. Tho. igitur determinate, & absolute. Respon. quod tales non sunt baptizandi in iustis parentibus, & ita tenendum est. Et ecclesia tales pueros in terris paganorum sub cura parentum degentes nunquam consuevit baptizare. Quoniam eorum parentes male utatur dominio quod in ipsis habent. Nos tamen non sumus eorum iudices, dicente Paulo, de his qui foris sunt nihil ad nos. Sicut ergo non possum cogere Christianum ad audiendam Missam die Dominica, licet habeat praeceptum audiendi eam: quia ego non sum executor huius legis. Et cap. Iudei 28. q. 1. & ca. ex literis, de conuersione infidelium, habetur, quod si alter infideliū fiat Christianus, baptizentur ejus filii pueri: ergo si nullus parentum conuertatur, non debent baptizari.

## ¶ De Ministro.

28.  
Mali min-  
istro, an co-  
ferant ve-  
ra facra-  
menta.

**Q**UÆRITIVR, vtrum mali ministri cōferant verum baptismum, & alia sacramenta? Respondeatur secundum omnes doctores, q̄ sic, & opposita assertio est hereticis, vt diffinitur in Cod. Trident. Ses. 7. de sacramentis in genere. Cāno. 12. cuius verba sunt. Si quis dixerit ministru in peccato mortali existere,

modo doctrinā essentialia, quæ ad sacramentū  
coficendum, aut conferendū pertinent, sicut  
uauerit, nō coſcere, aut coſcere sacramētū,  
anathema sit. Et hoc idē est determinatū ab  
Ecclesia in cap. Roma. de coſecra. d. 4. ubi di-  
citur. Romanus Pōtīfex non attendit homi-  
nem, qui baptizat, sed spiritum Dei submi-  
nistrare gratiā baptis̄mū, licet pagān⁹ ſit qui  
baptizat. & i. q. i. cap. ſi iustus fuerit. Nō eſt  
de hoc dubiū apud fideles, & oppositū dice-  
re eſt error Vndeclista. Sed de hereticis mi-  
nistris fuit olim altercatū inter doctores, an  
coſerrent vera sacramēta? Vnde Cyprianus  
eu Episcopis prouincię Africę, & aliarū dua-  
rū, Catthaginē conuenerunt, ubi Cyprianus  
determinauit, qđ ab hereticis baptizati eſſet  
rebaptizādi, & perſeuerauit in ea opinione,  
ut patet, cap. ſi quis inquit. i. q. i. & ca. quo-  
modo exaudiect. de coſec. d. 4. Aug. autē lib.  
vno de baptismo, dicit qđ ſi quid erroris ibi  
Cyprianus tenuit, falce passionis eſt remo-  
tum. Et de baptismo cōtra Donatistas. lib. 6.  
& 3. c. 23. & in multis alijs locis, dicit qđ conci-  
liu in uerſale totius Ecclesie post illud Car-  
thaginē ſe celebrarum, determinauit, qđ hereti-  
ci cōferrebāt vera sacramēta, & ita Ecclesia  
tenet. & in ca. ad abolendā de hereticis, dici-  
tur, qđ qui aliter de sacramētis Ecclesia ſen-  
tit & docet, quam Ecclesia Romā hereticus  
eſt. Eſi Ambr. lib. du initiadis rudibus, & ha-

de Alc. 4. p. q. 40. Alcidodorensis, Ricardus,  
Bonau. Palu. Durad. Capreol. S. Thos. &c omi-  
nes antiqui ponunt hunc modum, & dicunt, q.  
Christus est totus in toto hostia, & totus in  
qualibet eius parte, & quod omnes partes  
Christi sunt simul cum qualibet parte hostie:  
sed non simul inter se, nam corpus Christi in  
hostia est extensus & septem pedum. Nec mem-  
bra Christi in hostia sunt simul, sed sicut in  
celo. Quantitas enim habet duo officia, una  
est separare partem ex parte subiecti, ita q. ea  
put sit extra pedes, & brachia exinde figura.  
Alterum est extendere partes in situ in ordine  
ad locum. Quas itas ergo in Eucharistia exer-  
cit officium primum, non tam secundum; nam si  
Corpus Christi corpus non esset in hostia extensum,  
non esset organizatum, nec cum figura, & vine-  
ret ibi violenter. Hunc etiam modum tenet  
Sco. Maio. & Marsilius. Ex quo sequitur, q.  
corpus Christi in Eucharistia verum, & sine  
fictione quacunq; potest a nobis imaginari  
cuivuscunq; figurae voluerimus. Et sic depin-  
gitur crucifixus, eo modo se habere sicut si  
esset unus puer tattillus, sicut est imago cruci  
fixi in hostia: nam ubi sunt oculi imaginis est  
oculus Christi: & ubi manus imaginis, ibi &  
manus Christi; quomodo cunq; figurata sit  
imago. Hec non est mala imaginatio.

Q VÆ R I T V R, an predicta conscientia

24. *De Eucaristia.*  
Existentia corporis & sanguinis Christi &  
sanctus Christi sub speciebus panis & vini, ut  
habet decretum R. S. affirmatum, sed ita secundum  
catholicam traditionem est, ita enim  
diffinatur in Concil. Tridentino Sessione 23 Capitulo 1, cu-  
muis verbis subi. Si quis negaverit iu sanctissimi  
mio eucharistie sacramentum,ปฏinclusum  
realiter & substantialiter corporis & sanguinis  
domini, cum anima & divinitate domini nostri  
Iesu Christi, ac proinde regum Christi corpus; scilicet  
dixerit tantummodo esse in eo, ut insigne,  
vel figura, aut virtute, anathema sit.

25. Q. V. R. I. T. V. R. an huiusmodi realis  
existencia & continentia totius Christi & pat-  
rum eius in hoc sacramento daret duxat  
propterea quo sacramentum est in uso, hoc  
est, si sit ibi vere & realiter solummodo quan-  
do sacramentum sumitur. Respondeatur nega-  
tio, sed est ibi ab instanti consecrationis, &  
transubstantiationis usque dum species ipse  
panis & vini desinant esse in rerum natura,  
et ita defideturendum est, sic enim diffini-  
tur in Concilio Tridentino Sessione 23 Capitu-  
lo 2, his verbis. Si quis dixerit peracta con-  
secratio nisi admittibili eucharistie, sacra-  
mento non esse corpus & sanguinem domi-  
ni nostri Iesu Christi, sed tantum in usu  
sit uerba, non autem ante, vel post, & in hor-  
stis, sumplicem conferratis, iisque post  
comunionem reseruantur vel supresunt,  
non

debet remanserit ut ex parte propria Dominus latet  
in terra sicut in celo non it  
id. Quid est R. I. T. M. R. I. ap. in factum propria ex-  
charistia. Christus fit adorandus adorandum  
latere, non solum in corpore celesti sed etiam in  
spiritu? Respondet ut affirmatur. Et inde secun-  
dum fidem catholicam fieri certe est adoratio.

Sic enim dicitur in Concil. Trid. Sacra. 13.

Cano. 6. cuius verba sunt. Si quis differit in  
sancto eucharistia fidetur ei de Christo, vige-  
nitum Dpi, filium, non. Nam cuncti latentes sunt  
ex oriente adorandus, atque ideo propter fiduciam per-  
culatae celebrat eucaristiam, neque in pro-  
cessioneibus secundum laudabilem rationem  
salem Ecclesia sancte tribunt & conuentibus  
solensis ex secessu studi, vel non publico,  
sed ad eum ne populo prohibetur. Et eius  
adoratores esse idolatrias, anathematis.

E. K. questionibus suis respondit dicitur quod  
libet licet sacramentum eucharistie in sacra scriptura  
delepari, & licet estenatur ab aliis, sed in finibus  
honoris esse defensum aprobare. Neque nam  
hunc est fons, ut patet ex. Concilio. Tridentino.  
Sed nisi i. s. f. cap. 17. quis heretans. Si quis  
dixisset non licet lacram eucharistiam in la-  
cram reservari sed latere propter eam est  
nam astantibus necessario, distinxisset. At  
non licet ut illa a finitimo bonorum habere fer-  
reatur. Anathematis sit. Ex auctoritate apostoli  
eis, quod si omnes dixerint, credimus in nos que est  
Chri-

Christum in Eucharistia exhibitem manducari non tantum spiritualiter, sed etiam sacramentaliter, quod quidem diffinitum est ubi supra cano. 8. his verbis. Si quis dixerit Christum in Eucharistia exhibitum, spiritualiter tantum manducari, & non etiam sacramentaliter, ac realiter, anathema sit.

69.  
Christus  
quomodo  
mouetur  
in Eucha-  
ristia.

QVÆRITVR, utrum Christus mouetur in hoc sacramento? S. Tho. 3. p. q. 76. art. 6. ponit duas propositiones. Prima, corpus Christi in eucharistia non potest moueri localiter per se: quia non potest transire ab una parte hostie ad aliam. Secunda, ad motum hostie corpus Christi mouetur localiter de per accidens, sicut motus nobis mouetur ea quæ sunt in nobis. Ideo dicit Mat. fil. 4. q. 7. art. 3. dub. 5. de alijs autem motibus, alterationis, calefactionis, corruptionis, & similibus, dicit S. Tho. & Seo. quod non est ibi capax alicuius actionis, aut passionis naturalis, saltem respectu alicuius extrinseci, respectu cuius habet se corpus Christi, sicut non est substantia spiritualis. Et ita communiter tenet omnes: & hoc non est propter impedimentum Christi, sed naturaliter. Et sic in sacramento hoc non est mobiliter Christus, nisi solo motu locali. Et si corruptis speciebus definatur ibi esse corpus Christi, non tam dicitur corrupti, sicut nec ego definens esse in hoc loco, dico corrupti. Nam et igitur Christus standit in

in speciebus, quando maneat substantia pa-  
nis, & vini, si non essent consecratae.

Q. V. E R. I. T. V. R. vtrum Christus possit, 70;  
videtur in hostia? Resp. ex S. Tho. 3. p. q. 76. art.  
cic. 7. & naturaliter loquendo nullus oculus  
corporis, praeter oculum Christi, potest vi-  
dere Christum in eucharistia, neç oculus corpo-  
ris glorificari. Idem dicit S. Co. 4. d. 10. q. 9. &  
Marsil. q. 7. art. 3. & Durand. d. 10. q. 4. Secun-  
do dico, quod oculus Christi in eucharistia  
videt se existente in eucharistia. Hoc S. Th.  
3. p. q. 76. art. 7. ad secundum. Es. quia litera est  
ibi mendosa, debet sic legi. Ad 2. dicendum,  
quod oculus corporalis Christi videt se in sa-  
cramento, no tamē potest videre ipsum mo-  
dum existendi quo est sub sacramento quod  
pertinet ad intellectum. Tertio dico, quod  
oculus corporalis, tam viatoris, quam beati,  
per miraculum potest Christum videre in eu-  
charistia. Hoc S. Tho. & couenit etiam S. Co-  
rus. Et haec de oculo corporali. Vtrum vero  
per intellectum possit Christus videri, &  
cuius modus existendi in hoc sacramento? Di-  
co cum S. Tho. loco citato nunc, quod natu-  
raliter loquendo nullus intellectus humanus,  
aut angelicus, coniunctus, aut separatus po-  
test cognoscere Christum in hoc sacramento  
secundum quod est sub speciebus. Patet, quia  
iste modus existendi est supernaturalis, exce-  
dens rationem naturae facultatem. Secundo dico,

quod

coelum oculis, ut etiam oculum tuum. Et tunc dicitur ad eum: *Vale, fili*

278

An 10 mi-  
gaculosis  
apparitio-  
nibus eu-  
charistica  
fit Christus.

per et burberias? & alioquin sicut neque  
zophus & Gogebus Tachanis? ut, si reuult  
Cineras? sive Hesper. sive & ceteri. dicitur quod  
apparitione potest ne illi libet hodi apparicio?  
Primo per modum transcantis, ita quod a se  
naturam edit hora. ut suam propriam formam  
et secunda parte vel non est ipsa mutatione  
formae partitur exponit, & teneat in hunc  
ponit ex proprio tempore, aperte eam visionem  
huius & uocemque, quae tamquam erae spiria  
erat. Propterea ex hoc in Euchariis ista aliquidando;  
ut regiamus ibi eum post his omnes, secundas  
modos habere ut per Psalms 39. Tertios per leuera  
psalmi, quartos per psalmi 102. Quarto vero mutationem  
modum. Et tunc in primis carnis, aut fungis  
m. ab hac ratione sunt amide propter hot-  
poter in fructibus, & hanc humanis carnis  
mutationem videtur. Element tamen per aliis  
species ad prandia, inquit Hippo.

73.

*Ad accidē-  
tiā māne-  
ant ēne  
subiecto  
in eucha-  
ristia.*

**Q**UÆ RIT VIR, in accidetia matreant  
filiis subjecto in nobis patreto, vel an species  
qua sunt in hoc facta nato habent aliquod  
subjectus. Tho.3.p.4.99.art.1. & omnes co-

cordicet dicunt quod accidentia non sunt sine  
 subiecto in hoc litteramento. Quia non sunt in  
 parte, unde nullam defere esse. Nec sunt in  
 corpore Christi, quia accidentia sunt in corpore non  
 potest nullum esse in subiecto. Et tunc quia  
 Christus habet in terra accidentia, nec ista est  
 terminata. Et si obiectetur de natura in capitulo  
 noster, dicitur. Primi deinde exhortatio. Quaerit  
 tamen utrum est sicut subiectum in his accidentiis a Deo  
 subiecta. Nam vero qualitates, ut abcedo, ca  
 lidas, frigidas, et alijs similes sunt in quatuor  
 parte. Sicut in frigido; et in frigido. Dicitur ergo  
 sic. Sicut enim in accidentiis non est nullus per singularem  
 partem agens est in subiecto. Et tamen non modiculus  
 est, sed nequans et remissus. sicut in subiecto  
 tantum per singularem partem subiecto est in quatuor  
 deinceps in subiecto corporis secundum anima  
 modicatus est quoniam remissa modicatur. Et tales  
 qualitates sunt in subiecto non est in subiecto.  
 Operis leviorum, namque operis leviorum non  
 gerantur in subiecto, sed in subiecto corporis secundum  
 terram. sicut in subiecto non est in subiecto. Et  
 sicut dicitur in ratione: eam ergo ibi se frigida  
 passim autem corporis secundum. Sicut enim operis  
 leviorum non est in subiecto corporis secundum  
 agere, sed per operis leviorum possent, seminare et omni  
 substantia planis, et vini, et aporum ab aliis  
 et quodcumque in corporis secundum subiecto  
 crato possit misceri aliquis liquor non con-  
 sequatur a corpore. Namque hoc videtur. At et volumen  
 - 136 -

63.

Au vine  
 consecrate  
 posuit mi-  
 sceri alios  
 con-

De Eucharistia

consecratis vel pars, aut nihil: vel pars sic, &  
pars non nisi est grauis difficultas. S. Tho.  
39. q. 27. art. 3. ponit aliquas propositiones.  
Prima si miscantur duo liquores diuersarum  
specierum, si sunt in quantitate sufficiens, &  
hac perfecta unitio, unde consumptus &  
est unum certum. Secunda si miscantur duo  
liquores eiusdem speciei, & in quantitate suf-  
ficiens, ut unus consumptus, & sit unus cert-  
tum. Tertia, si vino coniuncto apponatur  
tantundem aqua, vel alterius liquoris, non ma-  
net ibi corpus Christi; iam enim non est vino.  
Quarta, si vino consecrato miscatur, aliud vi-  
num non consecratum eiusdem speciei in qua-  
ntitate sufficiens, non manet ibi corpus Christi.  
Sed hoc ultimum intellige, quando per mul-  
tum tempus, & per motum magnum (quod  
xaro contingit) faciat perfecta unitio. Tunc  
enim non invenient partes vini consecrati,  
quia essent diuisi subintrantibus alijs vini su-  
per additi. Unde post sumptionem sanguinis,  
Ecclesia consuevit accipere bis vinos, ut  
si mäserit aliquid sanguinis, assumatur. Di-  
co ergo sine metu, quod etiam addito multo  
vino non consecrato, manet ibi corpus Christi,  
& sanguis eius; & consequenter quod in sec-  
unda ablutione, melius erit assumere plus  
aqua, quam vini; quia tunc corruptentur spe-  
cies vini. *Q u e R a t u s , que sit forma humis*  
*sacra-*

sacramēti? Resp. secundū omnes, & est deter-  
minatio Ecclesiæ in c. cū Matth. de celebra-  
tione missarū & in concil. Florent. forma cō  
secratōnis panis est hæc, Hoc est enim cor-  
pus meum. Et forma cōsecratiōnis vini hæc,  
Hic est enim calix sanguinis mei, noui & æter-  
ni testamēti, mysteriū fidei, qui pro vobis &  
pro multis effundetur in remissionē pecca-  
torū. Et oppositū dicere est pessimus error.  
Et male de hoc dubitat Erasmus in annota-  
tione. 1. Corint. 11. vbi ait. Utinā Paul. nobis  
traderet quibus verbis sacer ille panis cōse-  
crari deberet. V. cre miror, non de erroribus  
horum grammaticarū, sed eorum superbia  
maxima, qui non habentes autoritatem pro-  
fe, reuocat̄ hoc in dubium. Sed illis dimissis,  
dicimus hanc esse formā cōsecratiōnis eucha-  
ristiæ, qua vſus est Christus in ultima cœna.  
Hoc est enim corpus meū. Et ita etiā aperte  
dicit S. Cypria. de cœna Domini in princi-  
pio, & Ambro. lib. de sacramētis, & habetur  
de conse. d. 2. cap. conse. &c. Illa autem verba  
qua p̄cedunt formā consecratiōnis, scili-  
cet, Qui pridie quā pateretur, &c. licet S. cor.  
dicat esse ita necessaria, ut sine ipsis esset du-  
bia consecratio: melius tamen S. Tho. 3. p. q.  
78. art. 1. 4. & Durād. d. 8. dicūt̄ non esse ne-  
cessaria, necessitate sacramenti, cūm nō sint  
forma: propter ordinationem tamen Eccle-  
siæ non licet ea p̄t̄mittere. In cōsecre-  
f tione

Forma cō-  
sacratiō-  
nis panis  
& vini.

tione vero sanguinis calicis forma est. Hic est enim calix sanguinis in i. h. eccl. sola verba secundam communem opinionem, sunt sufficientia ad consecrationem sanguinis. Reliqua vero quae sequuntur, scilicet noui & veteri testamenti, &c. sunt de perfectione forme, & non de essentia sacramenti: sicut hys, ego, in forma baptismi. Hoc patet, quia Greci ita coelebrant sanguinem, nec ob hoc sunt damnati ab Ecclesia; & ut missal R. Basilij illa sola verba tanquam forma erat rubeis literis scripta. Scotus tamē admonet quod sacerdos nō debet intendere cōsecrare per ista, sed illa verba; sed debet absolute cōsecrare, dicens omnia illa verba, quae sunt in forma, quae nunc Ecclesia nostra uitor. Ly, enim, in utraque forma nō est de essentia sacramenti, nullus enim euangelista ponit illud: male tamē faceret qui omittaret illud. Potest etiam forma dicī quacumq; lingua: sed tandem varia re illam, & alia lingua dicere, peccatum esset, licet sacramentum tenret. q. 2. b. d. p. 25.

75.  
Quid de-  
mostret  
pronomē  
hoc in co-  
securatione  
paon.

**Q** V. E. R. t. P. M. R., quid demonstrua in forma eucaristiae per illud pronomē, hoc est. Reponit q̄ licet de hoc sint variae opiniones, tamen istud tamen est cum S. I. ho: 3. p: q. 28. art. 5. & super epist. A. Corint. 11. ubi ponit aliquas propositiones: Prima, Tam Christus, quia sacerdos aliquid denostrant per ly, hoc, etiam illas verba non applicari tam misterio. Se cunda

cunda. Perly hoc, nō demonstratur aliquid singulare, & discrete; sed dicitur in generali & in distincte: & sensus est, contentus sub his speciebus, est corpus meum. Sicut cū dicimus, Hic est calix, &c. intelligitur, cōtentū in hoc calice, est ianguis meus. Sicut quando dēmō stro mar sapientia, & dico hoc est autū: sensus est, q̄o continetur hic est autū. Sic etiā in tor-  
ma significator, q̄o continetur vel continetur hic, est corpus meum. Idem tenet Ricar.  
q̄. disti. 8. quæst. 1, art. 3. & Duran. disti. 8. q. 2.  
ad primum argumentum principale, & Capre,  
dist. 8. & 9. quæst. vñica ad argumenta, occa-  
s. conclusionem. & Altissod. & Glos. super  
Matthæum. 26. & Mat. 4. q. 6. Et est mani-  
festum, nō illa forma, Hoc est corpus meum,  
nihil aliud facit, nisi quod Corpus Christi co-  
tingatur sub his speciebus, ergo hoc ipsum,  
significatur per formam.

74.  
Effectus  
euchari-  
stie.

Q. V. Æ R. I. T. V. R. q̄pi sint effectus huius  
sacramenti, Respon. S. Tho. 3. p. q. 79. art. 15. sive.  
quod primus effectus est collatio gratiae, hec  
autem gratia cōfertur in sumptione, vt patet  
Iesu. 6. Qui manducat meam carnem, & be-  
bit meum ianguinem, in me manet & ego  
in eo. Gratias quas promittit Christus in  
hoc sacramento, promittit ratione sumptione,  
ergo ante sumptionem non cōfertur: &  
de hoc non est dubitandum. Dat ut autem pre-  
dicta gratia immediate in ipsa sumptione.

Et omnibus fumentibus Eucharistiam confertur aequalis gratia ratione sacramenti ex opere operato. Non tamē ideo datur maiore gratia, quia recipitur sub utraq; specie: nam aliās qui maiorem hostiam sumerēt, maiore perciperet gratiam ratione quantitatis cōtinuz, quod est falsum: ac proinde nec ratione quantitatis discretē, cūm sub specie panis & vini sit unicum sacramentum. Et aliās fraudaretur populus magna gratia sacrificij: cū pfecto plamater Ecclesia non negaret, illud sub utraq; specie, si daretur maior gratia. Iste autē effectus gratiae nō impeditur per peccatum veniale: licet enim quis recipiat eucharistia in actuallī peccato veniali, non ideo impeditur augmentum gratiae in eo, vt ait S. Tho. 3. p. q. 79. ar. 8. quia aliās esset magnū periculum. Quis enim sine peccato veniali accederet sacerdoti per peccatum autē veniale impeditur actualis sensus gustus, & delectatio spiritualis. Nec etiā requiritur tūc motus liberi arbitrij actualiter cōcomitās sumptio nem eucharistiae: sufficit enim motus liberi arbitrij precedens, vt etiam dicit S. Tho. 4. d. 15. q. 1. art. 3. q. 2. ad 2.

**Q V A E R I T U R,** an per hoc sacramentum remittatur peccatum mortale, an scilicet possit quis accedere ad eucharistiā in peccato mortali, ita quod nō peccet mortaliter de novo? Reipos, quod dupliciter potest quis accedes-

Per euc-  
haris-  
tia pecc-  
atum mo-  
rali.

re cū mortali. Vno modo sc̄iēter, & talis sc̄m  
per peccat mortaliter de nouo. nō diudicas  
Corpus Dñi, iudiciū sibi manducat & bibit.  
Secundo modo ignorāter, quia sc̄ilicet doluit  
& credidit se habuisse sufficiētē dolorē: cū  
tamē in rei veritate talis dolor nō fuerit suf-  
ficiens: & talis nō accedit indignē, nec pec-  
cat mortaliter, quin imo virtutē sacramēti re-  
mittitur p̄zcedens peccatū. Hoc. S. Tho. 3.  
p. q. 79. ar. 3. & q. 80. ar. 4. & Alex. de Ales. 4.  
p. q. 46. mēb. 3 ad secūdu. & Bonauen. 4. d. 9.  
q. 7. & Grbrieli in canone, lectione. 8. & Mar-  
sil. 4. q. 6. ar. 4. cōclu. 1. & Gerson in multis  
locis, & super Magistrū tract. 9. p. 3. Adrian⁹  
q. 1. de eucharistia, & omnes p̄ieter vnū Ma-  
jio. Patet autē hoc, nā aliās cūm nō possit ho-  
mo icire, vtrū odio, vel amore sit dignus (iux-  
ta illud. Nihil mihi cōscius sum, sed nō in hoc  
iustificatus sum. 1. Corint. 4. & 1ob. 9. Vt̄c-  
bar omnia opera mea: & ibidem, si simplex  
fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea. &  
De propitiatio peccato noli esse sine mētu.  
Ecclef. 5. ) periculosisissimū esset accedere ad  
eucharistiam, & talis exponeret se periculo  
peccati mortalis, cūm nemo sciat se sine peccato  
accedere. Item Ioān. 6. dicit Chrlst⁹, pa-  
nis verus ēst quidē celo descendit, & dat vi-  
tā mundo, cūm igitur accedens in gratia, iā  
habet vitam: si aliquādo existēti in mortali  
inculpabiliter ignorato, non daret gratiam,

nunquam esset verum quod hic panis vitam daret mundo. Satis igitur, ad hoc ut quis libet securus accedat ad eucharistiam, quod dolcat de præteritis, & proponat cauere futura, licet aliquando non sint remissa peccata: & tunc remissionem eorum accipiet, non ratione contritionis, que perficietur: sed rat-  
tions sacramenti, quod secundum Agust. &  
sanctos, vivificat mortuos, & semper sic ac-  
cedens habebit gratiam. Et licet de hoc ali-  
quid dubitent, ego tamen nullum dubium  
habeo. An vero huius sacramenti præcipuus  
effectus sit remissio peccatorum, dicimus  
secundum fidem catholicam, negative, ita  
enim diffinitur in Cœcil. Trid. Sels. 13. can. 5.  
vbi sic dicitur. Si quis dixerit vel præcipuum  
fructu sanctissime eucharistie esse remissio-  
nem peccatorum, vel ex causa alios effectus  
prouenire, anathema sit.

QVÆRIT TUR, en ante sumptionem

eucharistie sit necessaria confessio, vel an infi-  
ficiat sola contritio cum proposito confite-  
di peccata semel in anno? Respon. sententia

omnium Theologorū. S. Thos. Durād. Scilicet

Ante sum-  
ptuose eu-  
charistie  
præqui-  
ritur cœfisi-

Palud. Alexan. Bonacor. Gabrie. Ochan. &  
aliorum est, quod nec sacerdium est confiteri

omnia peccata mortalia ante quam acceda-  
mus ad eucharistiam. Quæ sententia adeo  
certa & firma est, ut nulli placeat de opposi-  
to aliquid etiam opinari assertere. Hoc par-

ter ex concil. Trident. Scissione. 13. de eucaristiis. cap. 7. & ita tu immediate posse Canonem undecimum, idem diffinit sub his verbis. Et ne tantum sacramentum indigne, atque ideo in mortem & condemnationem sumatur, statuit atque declarat ipsa sancta Synodus illis quos conscientia peccati mortalis gravat, quantumcumque; etiam se contritos cauilit. et habita copia confessoris, necessario presentandam esse confessionem sacramentalis. Si quis autem contrarium dicere, prædicare, vel pertinaciter asserere, seu etiam publice disputando defendere presumperit, eo ipso excommunicatus existat. Hoc autem præadductio doctores non solum dicunt iure positivo tantum, sed etiam iure divino, & hoc habitu est semper pro certo, & ab antiquo. Vnde Hugo de sancto Victore, sic magna autoritatis, in libr. de Ecclesiastica potesta. dicit, Audacter dico, si ante sacra doris confessionem quis accesserit ad corpus & sanguinem Christi, reus erit corporis, & sanguinis domini quantoquin premiterat, & vehementer dolerat, & angemictatur. Opus autem dicit. 60. annis autem anno 7. qui instituit eccl. omnis atriusque luxus. Ex quod patet, quod novae officia nouo in predictate ac fuit possum præcepit de confessione ante eucaristiam prædicta. Et Cyprian in epistola ad fratres constituit in predicto tempore dictum Episcopos sui episcopos

tus Carthaginensis, eo quod non menores euangelij, & iure autoritatis, lapsis dabant eucharistiam ante confessionem. Idem dicit (& adhuc acriter) in libello ad lapsos, & in alijs locis multis. Et lib. 6. Ecclesiastice historie refert Eusebius de Philippo Imperatore, quod cum in die Pasche comunicare vellet, non fuit permisus ab episcopis, nisi prius confiteretur peccata. Omnino igitur tenendum est contra Cajeta necessariam esse confessionem sacramentalem ante sumptionem eucharistie. Quod etiam probatur ex consuetudine Ecclesie: quam frumentos putant se grauiter errare. Itē eucharistia est sacramentum unitatis ecclesiasticae ergo recipiens illam oportet, non solum ut reconcilietur Deo per contritionem, sed etiam ministris Ecclesie per confessionem. Itē Matth. 6. Christus dicit. Si offens munus tuū ante altare, & ibi recordatus fueris, quod frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus ante altare, & vade reconciliari fratri tuo. Hæc igitur sententia tenenda est, quanvis non pentem hereticum, quod Cajet. dicit.

79.  
I. Casus.  
Aliquando  
sicut sume  
re eucha  
ristiam sine  
prævia co  
fessione.

QVÆRITVR, an licet aliquando sumere Eucharistiam ante confessionem? Resp. secundum omnes, qd sic primo quod quis tempore necessitatis, quo tenetur sumere eucharistiā, non habet copiā confessoris. Cum in præcepta domini suavia sint, nec præcepta posi-

tiua militent cōtra ius naturale, nō tenemur  
cāimplete cum infamia nostra, ac. prōinde si  
parochus ruranus, non habet confessore, &  
si non celebrat se diffinat, celebaret potest  
sine p̄fūia confessione. Et eodem modo si  
ego habeā casus reservatos, & no est Episco-  
pus p̄fens, & si nō celebro infamor, possum  
celebrare sine cōfessione peccati reūtati.  
Itē propter reverentiā sacramenti, puta sā  
cēpī celebrare, & in ipsa celebrationē metu  
necro alicuius peccati mortalis, non oportet  
vt relinquā missam, quia facerēt ērūtati  
eucharistia; & hoc etiam si sim in ipso princi-  
cipio missa, licet solum int̄roitū dixerim. Ita  
tenet Ricar. Palud, & alij: quod credo verū,  
quanvis Archiepiscopus Florentinus dicat,  
quod si ante cōsecrationem recordetur, &  
possit sine scādalo querere confessare, do-  
bet illū querer. Sed nō credo hoc esse verū.  
Idem dicendum est de his qui sunt ibi parati  
ad recipiendā eucharistia, qui si ibi recordati  
fuerint alicuius mortuis, securē possunt cō-  
municare, etiam ante cōfessionem propt̄e  
reverentiam sacramēti. Nec de hoc dubito,

**Q V Ä R I T V R**, vtrū sacerdos debet  
dare eucharistiam peccatori per reverēti in  
peccato, & petenti eam? Resp. primò secundum  
dum omnes, quod publico peccatori, obli-  
binario, usuratio, meritrici, & similib' nō do-  
bet dari eucharistia: quia esset mitt̄re mā-

to.

Ad eucha-  
ristia ut  
dāda pec-  
catorib'

garitas ante' porcos, & sanctu dare canibus.  
 Itē quia talis publicus peccator, non habet  
 ius ad petendu sacramentū, quia est sibi pro-  
 hibitu. i. Corint. 11. Probet autē seipsum ho-  
 mo, & sic de pane illo edat: ergo qui negat ei  
 sacramentū, non facit ei iniuriā. Per publicū  
 autē peccatorē intelligimus com. S. Tho. 3. p.  
 q. 80. art. 6. & 4. d. 9. q. 1. art. vneum qui dāha-  
 tur a iudice propter evidentiam facti, cuius  
 populus est testis: ut dicitur in ca. cū dilectus  
 de purgatione canonica, & ca. evidentia, de  
 accusationib. & c. tua nos, de cohabitatione  
 clericorum, & mulie. talibus igitur neganda  
 est eucharistia. Verū est, quod si is qui est pu-  
 blicus peccator in yno loco, accedat ad me  
 in alio loco distati, in quo reputatur bonus,  
 nec potest fama facile ad hunc locū peruenire  
 & petat eucharistiā: probabile videtur mihi  
 quod teneat illi dare, quia aliás offenderem  
 tam grauitor. Si autē publicus peccator, le-  
 gite pœnituit, & petat eucharistiā in publi-  
 co, nō debeo illi dare, quousq; ostēdat pœni-  
 tentiā suam exteriū. Si vero secrete pœni-  
 tiant, & secrete petat, debeo illi dare eucha-  
 ristiā: nisi existimat, quod hoc factū veniet  
 in publicū. Si autem peccator occultus, quē  
 ego & aliqui alij scimus peccatorem, publicē  
 petat eucharistiā, danda est illi: quod etiam  
 fecit Christus cum Iuda: aliás diffamarē eam.  
 Adinocat tamen euā patochas secrete si  
 pos-

*Publie pē  
 contibg mon  
 scit lānd a  
 ne conceden  
 da Eucharistia  
 1. oem. Pecc  
 contibg mon  
 scit lānd a  
 zum om̄m̄y  
 aust̄ p̄fesat̄  
 om̄m̄y 1*

possit, ut dicitur in cap. 2. de officio ordinarij. Si autem peccator occultus occulteret peccatum, siue sacerdos sciat eius peccatum in confessione, siue extra confessionem, debet ei denegare: quia nullo modo ei nocet. Ita tenent S. Tho. 4. d. 9. q. 1. art. 2. & q. 2.

QVÆR T VR, utrum pollutio nocturna impedit sumptionem eucharistie. Pro responsive notadam cum Palud. 4. d. 6. q. 3. quod pollutio nocturna nunquam est peccatum, sed signum, aut effectus peccati. Et idem dicit S. Tho. 4. d. 9. q. 1. art. 2. & 3. p. q. 80. art. 7. quia talis actus non est immediate in potentia hominis. Si igitur ille actus inequatur ex

causa culpabili mortaliter, tunc dicit Ricard. Et si quidam alij, quod impedit sumptionem eucharistie, ita quod peccaret mortaliter, qui post illam accederet ad sacramentum. Sed dicendum est ab solute, quod nulla pollutio nocturna impedit sumptionem eucharistie sub pena peccati mortalis. Hoc tenet Palud. 4. d. 9. q. 4. ccl. & Gabric. lect. 10. in Canone. & Gerson. de re celebrazione materia celebrationis consideratione. 7. & Maio. d. 9. q. 2. & Sylvest. verbo eucharistie & Bonavent. d. 11. q. 3. Hoc patet nam post confessionem non manet, nisi quodam in munditia corporalis: sed ut dicitur Matth. 18. Non iustis manibus inducere non coquinat hominem, ergo. Ita quia vel hoc impedit sumptio nem eucharistie, propter malitiam: & hoc non,

mo, quia maiora peccata, scilicet blasphemia,  
& periurium, non impediunt. Vel propter di-  
strictionem & turbationem, & hoc non: quia  
legitimus concubitus non impedit, cum tamē  
equaliter dissoluat mentem, sicut illegitimus,  
imod & amplius tamen sit in vigilia: ergo pollu-  
tio nocturna non impedit sumptionem eucha-  
ristiz. Si verò pollutio fuerit mortalis, acce-  
dere ad sacramentum erit veniale propter quā  
dam irreuerentiam, quia mens multū distra-  
ctat est. Et sancti consulunt, ut tales per ali-  
quod tempus abstineant, scilicet usq; ad diem  
sequentem, vel per. 24. horas, ut dicit Alber.  
Alexand. & S. Tho. Et etiā si pollutio fuerit  
merē naturalis, propter reverentiam sacra-  
menti melius erit non accedere illa die. Et ita  
consulunt decreta, cap. testamentū, & cap. nō  
est. d. 6. Et hoc nisi fuerit festum aliquod, vel  
causatur nota aliqua apud vidētes, quod iste  
non celebrat: tunc enim melius erit celebra-  
re. Ista autem irreuerētia non facit quod sit  
peccatum veniale accedere ad eucharistiam,  
quia talis immuditia fuit merē naturalis. Ita  
dicit S. Tho. 3. p. q. 80. art. 7. l. vbi ait, quod id  
quod consulunt sancti, totum est de congrui-  
tate & consilio. Post concubitum autem con-  
iugalem, Grego. 31. q. 4. c. vir cum propriā, di-  
cit, & si accessit voluptatis causa, abstineat, si  
autē ratione prolis, suo iudicio reclinquetur.  
Beccuter dico, quod accedere ad eucharistiam  
post

post legitimū concubitu nō est peccatum.  
Post quācunq; verò aliam pollutionē in vigiliā, fornicationē, aut adulteriū, accedere ad eucharistiā etiā post pœnitentiam & confessionem, magna irreuerētia est, sed nō peccatum mortale, secluso contēptu: melius tamē esset tunc abstinere. Post sumptionem etiam eucharistiæ bonum est, quod vir à propria uxore abstineat, sed non est necessarium.

Q V A E R I T V R, an accedens ad eucharistiā, debeat esse ieiunus? Respō. omnino, quod sīc. S. Tho. 3. p. q. 80. art. 8. allegat Aug. Epist. 118. in response ad Ianuariū. Et habetur de cōsecra. d. 2. ca. liquido, vbi dicitur, placuit spiritui sancto, & ita apostoli ordinā ueruat, & ita seruatur per totum orbem usq; sumeretur cibus ante corpus dominicū. Idem dicitur in Concil. Carthaginē. Et habetur de consecr. d. 1. cap. sacramenta, & cap. ex parte, de celebratione missarū, prohibetur sacerdos ne bis celebraturus, in primāce lebrazione sumat ablutionem. Vide etiā ca. nihil. 7. q. 1. Christus autē eucharistiam dedit apostolis post cēnā, quia secundum ritum legis, illa hora debebat celebrari paicha, & prius debuit plenē legem obseruare, quād hoc sacramentū instituere. Et voluit ut in loco hoc tam grāde donum relinqueret, quod venerationis contendaret mystérii illius altissimū. Lumen autē apostolorū fuit l-

93

Eucharistiā  
dī. & iei-  
niū legū  
dī.

gr

gitima, ut cum maiori reverentia ad tantum sacramentum accedatur. Si enim Leu. 10. prohibetur Aaron & filii eius ne bibant vinum in nocturno quod inebriare potest, quādocimā sanguinariū intraturi, ut habent scientiam discernendi inter sanctū & prophani, inter pollutum & impurum: multò magis sacerdotibus celebrat uris conuenit, ut ieiuni accedant ad tām admirabile sacramentū. Hoc igitur de fide tenendum est, & oppositū ut errorneum, & hæreticum, ut determinatum est in Concil. Constanti. Secundū, quantum debeat hæreticissimus ille Luthe.

83. S E D dubitatur, an saltē aliquando licet sacerdoti celebrare post prandium, seu consecrare, ut de eucharistiam existenti in extrema necessitate: Maio. d. 9. quæst. 3. ad. 5. dicit, quoddicet: in modo in fermentato, & sine alijs solennitatibus potest consecrare secundū, quam diuinum ius derogat posituum, cum ergo esse ieiunium, & consecrare in azymo si de iure positio, communicare vero sit praeter primum diuinum sequitur, quod primū non potest impedire secundum: Oppositū tenet Paluda. dist. 9. vbi ait, quod non licet, & hoc credo probabilius. Item videtur contrarius diuinum consecrare panem sine vino, & contra. Ecce est contra ea. competens, de consecr. dist. 2. Et consecrare in fermentato, & sine solennitatibus prohibitū est, aspergimē non cit

est faciendum. Si commode fieri potest, propter reverentiam sacramenti, detur eucharistia mancis infirmis ante quam aliquid sumatur. Si autem hoc commode fieri non potest, detur illis etiam post cibum sine ieiunio. Ita enim tenet usus Ecclesiarum, & omnes doctores, & meritò quidē, nam quod propter iustitiam institutum est, non debet contra charitatem militare. Debet igitur recipiens eucharistiam esse omnino ieiunus. Verum est, quod si cumquis lauantur, gustaret paululum aquæ, vel vini, præter intentionem, non ideo impeditur sumere eucharistiam, dum tantum sufficit in parva quantitate. Et sic tenet sanctus Thos. & omnes. Idem dicit, si cibi frumentum paruum manserit inter dentes, & praeter intentionem deglutiatur. Si etiam post ablutione invenerit sacerdos reliquiam hostie, potest & debet eam accipere, quia ieiunus incepit, & eius officium nondum est terminatum. Itē quia alias non posset sufficiens occurri necessitatibus, & difficultatibus, nam frequenter post ablutionem, inueniuntur reliquiae. Patet etiam, quia in parageue sumitur particula hostie posita in vino, etiam si post primum haustum particula adharet calici.

QVÆRITUR, quibus sit danda eucharistia, utrum possit dari non habentibus usum rationis? S. Thom. 4. q. 2. &c. 1. p. 9. q. 9. art.

84.  
An sit de-  
da eucha-  
ristia non  
com-  
muni-

habebib[us] arti. 9. cum alijs doctoribus respondet cum  
 vtrum ea. c[on]stitutione. Nō habētes vsum rationis fung-  
 bonis. in dupli differētia: quidā qui dicuntur non  
 habere, quia parū habēt, vt sunt hebetes, &  
 tñdes; & istis nullo modo est Eucharistia ne-  
 gada. Alij sunt totaliter priuati vsu rationis.  
 Et isti sunt in dupli differētia quidam qui  
 nunquam habuerunt vsum rationis, vt sunt  
 pueri, & amētes à nativitate, & talibus non  
 est dāda eucharistia: quia nō habent deuotio-  
 nem, nec diiudicāt corpus dñi ab alijs cibis.  
 Alij sunt qui aliquādo habuerunt vnu ratio-  
 nis, vt phrenetici: & talibus si nō sit periculū  
 irreuerentiq[ue], vel vomitus, & prius penitue-  
 rint & habuerint deuotionē ad eucharistiā,  
 & petietint: licet postea in phrenesim incide-  
 nt, non debet negari: quia per ea quā natu-  
 ralia sunt, non debet quis perdere beneficia  
 gratuita. Hoc probatur duobus decretis. c.  
 qui recedunt, & c. is qui. 26. q. 6. & tales reci-  
 pient in iumentione eucharistię gratiā, & om-  
 nes alios effecctus sacramēti: licet in hoc non  
 conuiciat. Caict. 4. p. q. 7. art. 1. sed oppositū  
 eum S. Tho credoverū. De pueris etiā licet  
 coniuetū fuerit olim apud alias Ecclesias,  
 vt daretur ei eucharistia, dicimus cū S. Th.  
 quod non tenentur eam recipere: nec conve-  
 niens est quod illis detur. Hoc patet ex vnu  
 Eccl. sic, quę quidē non permitteretur tam  
 enformitteret citart. Item quia pueri post ba-  
 tismum

ptismum sunt in gratia, quā non possunt perdere sine culpa sua: sed culpā ante usum rationis cōmittere non possunt, ergo nō tenētur de necessitate recipere eucharistiā alias baptismus non sufficeret ad salutē, quod aliter est hereticū. Et ita diffinitū est in Cōcilio Trid. S. cōsilio. 21. de cōmunione. Cano. 4. Cuius verba sunt: Si quis dixerit parvulis antequam ad annos diceptionis peruenient, necessariam esse eucharistie cōmunionem, anathema sit. Idem habetur in eadem S. cōsilio. Cano. 4. Secundū dicimus quod huīus modi parvulis nullo pacto est danda eucharistia propter pericula vomitus, & eructationis, vel alterius irreuerentiae, que frequens est in pueris. Ideo nunc in Ecclesia illis eucharistiam conferre, sacrilegium esset. Si autem, de facto daretur illis, recipieren gratiā.

QVÆR. I TV. R. utrum licet quotidie sumere eucharistiā? S. Tho. 3. p. q. 80. ar. 10. respondet, quod eucharistia dupliciter consideratur, uno modo secundum se, secundū quod cōfert gratiā ex opere operato sumenti ipsam. Et quanto ad hoc nō solum quotidie, verum sēpē in die quolibet esse sumenda, ut gratia augeretur. Secundo modo potest considerari ex parte nostra, ex qua requiriatur reverentia, & deuotio. & secundū hoc nō est, cōveniens, quod a homo accedit quotiescumque potuerit, sed expoctat cōmodum tempus.

85.  
An licet  
quotidie  
enchari-  
stiam su-  
mere.

quo sit depositus. Qui iugatur te invenerit cum  
deuotione, & non dicit actum, laudabiliter  
quotidie comunicabit: ut patet ex coninc-  
tudine primitivę Ecclesię. Et quia nunc etiā  
laudantur qui quotidie celebrant. Patet etiā  
Augst. autoritate de verbis domini, pānis:  
(inquit) iste quotidianus est, accipe quotidie  
ut quotidie tibi proposit: sic tamē viue, ut quo-  
tidie merearis accipere. Sed quia sunt multa  
impedimenta, laudabile est aliquando absti-  
nere, ut Aug. dicit lib. de Ecclesiasticis dog-  
matibus. Et habetur in capitu. quotidie. de  
cōsecra. d. 2. quotidie cōmunicare, nec lāu-  
dō, nec vitupero. Cerson super magistrū, tria  
¶. 9. dicit, q̄ illi qui propterea quod frigidi  
sunt (alioquin sine peccato) recedunt ab eu-  
charistia, sunt similes illis qui frigent, & nolue-  
rū accedere ad ignem. Effectus enim eucharisti-  
est ipsa deuotio, nunquid prius vis effectum  
eucharistiz quam ipsam eucharistiam? Pres-  
byteris igitur laudabili' est cōmunicare quo-  
tidie. Vnde Gregorius 4. lib. dialogoru c. 6.  
refert Cassiu Narniensiu episcopū quotidie  
celebrante, & in celebratione stante. Et dicit  
mandatu domini accepisse per revelationē  
cuidam alteri factā operare q̄ operatis, non  
cesset manus tua non cesset pes tuus, &c. Et  
Ambroſius, Graue est, q̄ ad mensam tuam,  
mundo corde, & innocentibus manibus non  
venimus: sed gravis es, si quia peccata incti.

missi sacrificiū nō reddamus. De secularibus autem dicimus in priuata Ecclesia eos frequentissime, & forsitan quotidie cōmunicantur. Postea cessante numero fidelium, tempore Agustini sicut hoc rarius, quibundā quotidiū, alijs dominicis diebus hoc facientibus, ut ait Agn̄stinus in epistola ad Ianuarium. Et habetur. q. de. cap. illa autē. Postea Fabianus Papa præcepit, ut saltem ter in anno omnes cōmunicaret, scilicet in Pascha, Pentecoste, & in Natiuitate domini. Tandem Papa Innocentius tertius, vel propter multitudinem fidelium, vel propter eorum indeuotionem, traxit cōmunionem ad hoc, ut satisfaccerent sumendo semel in anno, ut patet in c. omnis triusq; sexus, de pœnitentijs, & remissionibus. Laudabile tamen est ut si p̄e, fideles cōmunicent.

**Q VÆ R I T Y R**, an sit præceptum de sumptione eucharistie? San. Tho. 3. p. q. 80. art. 11. ponit duas conclusiones. Prima. Ex mandato præcepto diuino tenetur omnes fideles cōmunicare. Patet Ioan. 6. Nisi māducaberitis carnē filij hominis, & biberitis eius sanguinem, nō habebitis vitam in vobis. Item consuetum est in Ecclesia infirmos cōmunicare, quod non est præceptum in iure positivo: & qui hoc transgreditur, putat se graue malum fecisse, ergo præceptū est in iure diuino. Hoc tenet Duran. 4. d. 9. q. 2. & Palud. d. 9. q. 1. Et

86.

An sit præceptū suum  
cōfūsum  
in mendicantibus  
charitatis  
fidei?

hoc preceptum diuinum obligat sicut alia  
præcepta affirmativa tempore necessitatis;  
quando scilicet qui est in tali statu, quod iam  
probabiliter credit se nō habitu[m] vterius  
opportunitatē recipiendi. Secunda conclu-  
sio. S. Tho. Ex statuto Ecclesie quilibet fide-  
lis tenetur communicare semel in anno: ut  
patet in c. omnis vtriusq[ue] sexus Qui autem  
iam comunicauerit in vita, & semel in anno,  
in articulo mortis non communicans pro-  
pter negligentiā quādam, nō peccabit mor-  
taliter: vt bene dicit Sylvestris verbo, eucha-  
ristia. Hoc patet, quia dānatis ad mortē nō  
datur eucharistia. Vtū est q[uod] h[ec]c est pessima  
consuetudo iudicū, prætendunt enim reu-  
rentia eucharistiæ, sed sunt fabulae, nō putat-  
se esse iudices nisi occidant tamē nō danan-  
tur tanquam rei peccati mortalis.

**Q**VIÆ R I T V R, vtrū sit necessariū su-  
mere eucharistiā iub vtraq[ue] specie? **R**esp. q[uod]  
secundu[m] fidē catholicā nec est ex Dei præce-  
p[ro]prio, nec de necessitate salutis, vt oēs Chri-  
stifideles adulti sumant eucharistiæ sacramen-  
tum sub vtraq[ue] specie, & oppositum assertere  
est hæreticū, vt dicitur est in Concil. Trid.  
Sess.21. Can.1. cuius h[ec]c sunt verba. Si quis  
dixerit ex Dei præcepto vel necessitate salu-  
tis omnes & singulos Christi fideles vtrāq[ue]  
speciem sanctissimæ eucharistiæ sacramenti  
sumere debere, anathema sit. Dicimus x[er]o  
p[ro]p[ri]o

rius quod in primitiva Ecclesia fuit, consuetudo sumendi eucharistiam sub utraq; specie, ut patet 1. Corint. 10. unus panis & unum corpus multi sumus, omnes qui de uno pane & de uno calice participamus. Et hoc etiam dicit Cyprian in sermone de lapsis. Et dicitur Graeci modo sic populi comunicare. Sed in concil. Constantinensi, & Basiliensi interdictum est sub pena excommunicationis, ne secularares communicemus sub utraq; specie, & damnati sunt ut heretici, qui dicebant esse necessarium sub utraq; specie communicare. Et hoc congrue ordinatum est, quia latpe contineret periculum effusionis sanguinis, si toti populo datus esset. Item quia aliquibus est horridum vinum maxime foeminis. Item ut evitaretur error Nestorianorum hereticorum dicentium, quod sub specie panis non est nisi corpus, & sub specie vini non nisi sanguis. Ideo sub una specie communicatur populust, ut ostendatur, quod est totus Christus sub qualibet specie. Sunt autem utræ heretici & tanquam heretici puniendi assidet Ecclesiastis errasse dum supradictis prohibuit sub utraq; specie communicare. Similiter & heretici sunt & tanquam tales puniendi, assidet Ecclesiastis non iustis causis & rationibus suis adductam illud prohibuit. Hæc pertinent ex eode Concil. Trid. Seisio. 21. ac communione. Can. 2. Cuius verbafunt. Si quis

subrogue  
 specie ut  
 augumenta  
 orthog. metu  
 facie  
 et in hanc  
 nos pueri  
 mirebantur;  
 necessariò debet sumere sub utraq; specie;  
 ut patet in cap. coperimus. de conlecta. d. 2.  
 & sunt verba Cclasiij Papæ, vbi dicitur esse  
 gradus sacrilegiū cōlecrare sub altera specie  
 tantum. Præceptum est igitur lacerdotibus  
 quod communicent sub utraq; specie. Et vi  
 detur quod sit præceptum diuinū, quia alias  
 non esset sacramentū perfectū; quia non est  
 perfecta refectio sub unica specie, sacramen-  
 tum vero eucharistiae est quādam refectio.

83.

**An min.** menti sit sacerdos? Resp. quod non est licitu  
**Ater eucha** dubitare de hoc. Patet in capitulo firmiter de  
**sistit in iusta** summa Trini. & fide catholica. Et in Concil-  
**cerdos** io Florenti. Et etiā patet ex vi ipsius nomi-  
 nis, sacerdos enim dicitur à sacrificando, sed  
 eucharistia est sacrificium: ergo ad solū sacer-  
 doteum spectat. Item quia in lege veteri non  
 pertinebat ad omnes offerre sacrificia, sed  
 solum ad sacerdotes: & Abrahā obtulit de-  
 cimas Melchis dech, quia erat Dei sacerdos:  
 ergo etiam in lege noua solis sacerdotibus  
 licet offerre sanctum sacrificiū altaris. Quā-  
 do autem ordinatum episcopo cōsecrat,  
 si aliquid dicunt formā consecrationis, ante  
 quam

quām episcopus, vel postquam finiuit episcopus, nihil faciunt, ut dicit P. lud. & Caietanus. Nam intentio eorum est conlectare cum episcopo.

**Q V E R I T V R**, an ministrare eucharistiam laicis spectet ad solum sacerdotem? Respon. quod propria autoritate, & tanquam ex officio, spectat ad solum sacerdotem: ut habetur in cap. perucnit. de consecracione. d. 2. vbi ponuntur sacerdotes, qui per alios mittebant sacramenta, & dicitur quod iulus sacerdos potest id facere. Tempore vero quo populus comunicabat sub utraq; specie, diaconi ministrabant sanguinem, non tamen corpus Domini. Quia in calice non tenebatur corpus Domini immediate, & ideo sanguine ministrare poterant: no autem corpus Domini, quia immediate tangitur. At in necessitate, scilicet agrotante presbytero, potest diacono committi ut deferat corpus Domini. Ita quod dicit Palu. 4. d. 13. & S. Tho. 4. d. 13. q. 1. art. 3. nec est dubitandum de hoc. Et etiam sine commissione possit diaconus in necessitate portare eucharistiam, ut ait S. Tho. non tamen subdiaconus, aut alij inferiores. Durād. dicit se vidisse, quod diaconus Cardinalis, Papa celebrante, dat eucharistiam alijs clericis. Ipse dubitat, an id recte fiat. Sed certe nullum iurilegium ibi interuenit iudicio meo.

**Q V E R I T V R**, utrum malos sacerdos

89.  
Annullib.  
Sicut eu-  
charistia  
laici. 104  
uerbi la-  
ceraui. b<sup>4</sup>

Sicut facio  
libo est d'ore  
abut d'monstr  
re Eucharist  
et ruma lys

temporane  
et temp. probat  
de coag admi  
mistro  
numolay

90.  
Mal'sacer-  
do potest  
collegerat.

*pro*  
 posuit consecrare? Resp. sine quacumque dubitatione, quod sic. Nam aliás Ecclesia esset in magno periculo: delicta enim quis intelligit? Et etiam populus esset in periculo idolatri. Oppositum autem fuit error Donatistarum contra quos multa dicit Augustinus in libro de baptismo. 5. cap. 23. & contra Parmenianum lib. 2. responsione. 107. & in multis alijs locis dicit. Sacramentum Christi nulla peruer sitate hominis siue dantis, siue recipientis, violari: & Sacramentum gratiae dat Deus per malos, ipsam tamen gratiam per seipsum. Et contra Petilanum. lib. 2. c. 30. Si quis verus sacerdos, id est, dignus vult esse, induatur iustitia oportet. Qui autem solo sacramento sacerdos est, id est, ordinatus, sicut fuit Caiphas pontifex, quanvis non sit sacerdos verus id est bonus, seu dignus: verum est tamquam quod dat. Idem dicit Chrysostomus super Ioann. vbi ait, quod sicut per aliam Balaam locutus est Deus, sic per malos sacerdotes sacramenta praestat. Et non est dubitandum. Vide. 1. q. 1. ca. quod quidam, &c. 4. q. 1. ca. audiuiimus.

Q V A E R I T V R , utrum missa sacerdotis  
 aut missa malorum tantum profitat alijs, sicut missa bonorum  
 malorum sacerdotum. S. Thom. 3. p. q. 82. art. 6. dicit quod in missa  
 sacerdotis pro duo sunt consideranda, scilicet ipsum sacramen-  
 tum tantum, & orationes quae in ea dicuntur, ac  
 hec in missa oblationis sacrificij. Quatum ad primum quod  
 est principale, non nullus valet sacerdotis  
 mali

mali missa quia missa boni ex opere operato.

Orationes autem possunt dupliciter considerari. Vno modo in quantum procedunt ab

hac priuata persona; & ex hac parte majoris efficacie sunt orationes boni sacerdotis,

quam orationes mali; quia licet aliquando

Deus audiat malos, tamen certum est quod

potius audit bonos. Alio modo possunt consistere predictarum orationes tanquam procedentes a celebrante in persona Ecclesie; & quantum ad hoc tantam efficaciam habet oratio mali,

sicut oratio boni sacerdotis, & econtra. Et idem dicendum est de horis Canonicas, quae si

dicantur a ministro Ecclesie, etiam in peccato mortali, prosunt, quia dicuntur in peccato

Ecclesie. Quoniam is, cui mittitur aliquid, non

respicit per quem mittatur; sed quis, & quid

mittat; hec S. Thom. Si enim quis mitteat

seruum ad dandam elemosynam, licet seruus

doleret, & repugnaret, nihilominus elemo-

syna valeret omnibus illis pro quibus offer-

tur. Sic sacerdos cujus sit minister Ecclesie

missam celebrans, licet peccet ipse, prodicet

tamen alijs aliud sacrificium. Ex parte autem

orationem, & ipsius oblationis, quo in eis

fuerit minister, eo magis accepta erit obla-

tio facilis enim, & sapientius, & amplius impo-

rat bonus, quam malus. Augmentaretur etiam va-

lor missa ex absentia audiencium offerunt

enim sacrificium circumstantes. Unde in Ca-

nō dicitur, pro quibus tibi offerimus, vel  
qui tibi offerunt. Vnde regulariter maioris  
valoris est missa dicta ubi iudei multi, quam  
ubi sunt pauci.

**s. 1. Q. V. E. R. I. T. V. R.**, utrū heretici, schisma-  
ticis & degradati possint consecrare Magist.  
Schismati sent. 4. d. 13. de hereticis & schismaticis tenet  
cl. & degra. aperte, quoniam tenent consecrare nihil  
dati pos. sunt cōse- faciunt. Idem dicit de degradatis. Sed in op-  
tato. positum est tota cōfors theologorū nemine  
excepto. Tenet enim omnes, quod postquā  
quis est semel ordinatus, semper potest con-  
secrare verā eucharistiam. Vnde Augu. libt.  
de corpore Christi. In mysterijs corporis &  
sanguinis dñi, nihil à bono magis, vel à malo  
midus perficitur. Item. Corint. 11. Qui n.ā-  
ducat & babit indigne &c. Ecce Christus per-  
mittit te contrectari & manducari à malis.  
ergo eadem ratione permittest se consecra-  
ti à malis. Item heretici redēentes ad Ec-  
clesiam non ordinantur de novo, ergo antea  
poterāt consecrare. Magist. senten. deceptus  
est ex verbis Cypria. qui sine dubio fuit il-  
latus sententia, quod hereticus nec poterat  
baptizare, nec sacramenta cōficere. Sed iam  
fuit illud in Concilio renocatum, ideo nō est  
tenendum. Cum igitur character sacerdoti-  
lis, in quo fundatur potest s. consecrandi: si  
indelibilis, nō est dubium quin & poter-  
at s. ip. a sit indelibilis. Ut rū autē tales mis-  
serit.

se hereticorum & excommunicatorum, va- conferre se  
lent & prosint; cum sint preparati ab Ec-  
clesia, & qua valorē habent, dubitari possit.  
Vera in quoniā adiaceminiſtri sunt Ecclesię,  
& utruntur potestate sibi ab Ecclesia traditā,  
licet male utatur ea probabilius est quodq[ue] alij & om̄i-  
lent & prosunt alijs. Nec obstat cap. quidam  
i. q. i. quia non loquitur affirmat, sed inquit preceptum Domi-  
nissimum, ut ait S. Tho. i. p. q. 81. art. 8. ad. 1. f. 14v

**Q V A E R I T V R;** an licet audire missam  
& lucipere communionem a clericis hereti-  
cis, schismaticis, & excommunicatis? S. Tho. i.  
p. q. 81. art. 8. dicit, quod à publice suspēliſ ab  
Ecclesia, nō licet, quia Ecclesia prohibet, ut an licet  
a concubinarijs publicis, & a simoniacis: ab  
alijs autē licitu est. Sed nota quod haec deter-  
minatio. S. Tho. vera est secundum ius anti-  
quū. <sup>i. e. d. c.</sup> nullus vbi dicitur. Nullus audiāt  
missam iacerdotis, que indubitate nouit ha-  
bere cōcubinam. Et in sequenti hoc idē mā-  
datur sub excommunicatione. Et Gregor. 4,  
dialogorū, & habetur. 24. q. 2. ca. cōpit, dicit  
de puer Hermigildo filio regis Hispaniæ,  
quod cūn agrotaret, mandauit ei pater, &  
sumeret eucharistiam ab Episcopo Arriano,  
qui noluit, ppter quod a patre interfectus  
& a Gregorio martyr repitatur. Sed nūc  
non videtur standum in illo iure antiquo,  
quia in Concilio Constantiensi determina-  
tum est, quod non tenemus vitare excom-  
mū-

fecte cauere in futurū. Habetus igitur pro-  
 certo, quod qui sit dolet habebit gratiam.

QVÆR I TVR, utrum attritio possit  
fieri contritio? Ad hoc suppono ex omnibus  
doctorib⁹, & S. Tho. quod nihil aliud est co-  
tritio, quam dolor perfectus; attritio vero  
dolor imperfectus. Tuc dicit S. Tho. 4. d. 17.  
q. e. art. 1. quæstion. 3. quod attritio non potest  
fieri contritio. Probatur, quia principium  
cooperationis est gratia: virtus infusa: atq;

tionis vero principium est habitus acquisitus, vel sola potentia, idem autem actus non potest elicere virtute infusa, & acquisita, vel a potentia, ergo. Sciendum est tamen, quod duplex est contritio, quedam intrinsecè, quæ habet hoc pro obiecto: doleo de peccatis super omnia. Alia extrinsecè, id est, ex circumstantia, & sic omnis dolor qui est cum gratia vocatur contritio. Eodem modo duplex est attritio. Quedam intrinsecè ex obiecto, ut putatio, doleo de peccatis, quia turpia sunt & infamia, vel propter infernum. Alia extrinsecè, putatio doleo de peccatis propter Deum: & cum omnibus circumstantiis, sed omittendo preceptum aliquod necessarium. Tunc sit conclusio. Numquam ex attritione fit contritio intrinseca, quia disserunt ex obiecto, una enim dolet propter Deum, alia propter poenas. Unde conclusio S. Tho. intelligitur de attritione propriæ dicta, & de contritione proprio dicta.

**Q**VÆ R I T V R , vt̄ tu tota ista vita sit  
tempus contritionis? Respon. primò, q̄ expe-  
diens & conueniens s̄pē dolere de pecca-  
tis. Et sancti ita consulunt. Ad amicitiam enim  
pertinet s̄pē dolere de offensa facta amico  
maxime quia dolere debemus quousq; repa-  
ratus detrimētum factum per peccatum; sed  
multa sunt quæ nullo modo possunt repa-  
rari, putat tempus quod perdidimus peccā-  
do, ergo per totam vitam dolere debemus  
de

de illo. Hoc autem intelligendum esse de dolore  
qui est in voluntate, non de sensu dolore  
graue esset videre amicum semper esse triste.  
Loquendo autem de doloris tempore, qui est sub  
precepto dico, quod de peccato lenientiam mis-  
sio non tenetur amplius dolere, quia Deus  
non iudicabis in iudicium, ut dicitur. Nahu. 1.  
Sed de peccato non dimisso est dubium quan-  
do tenetur homo contriti? Ad hoc Cuncta.  
Quodlibet. 2. q. 3. dicit quod preceptum con-  
tritionis partim est affirmatum, quia obli-  
gat ad actum, scilicet ad dolorem: partim ne-  
gatium, quia obligat ad non manendum in  
peccato. Loquendo de hoc precepto in qua-  
ntu est affirmatum, obligat semper, sed non  
ad semper, sicut & reliqua precepta affirmata  
eius, scilicet in casu necessitatis, putatum  
quis administrat, vel recipit sacramentum, vel  
in articulo mortis. Loquendo vero de pra-  
dicto precepto in quantum est negatum  
obligans ad non manendum in inimicitia Dei,  
obligat sicut & ex altera precepta negativa  
semper, & ad semper, & ad statim. Et sicut  
qui tenet alienum tenetur statim reddere, sic  
qui est in statu inimicitie Dei, tenetur statim  
ab illo exire. Peccat autem contrahoc pre-  
ceptum qui habet actu commissionis contrarii,  
putata si dicat, volo manere in hoc statu per  
die, aut per horam. Sicut qui retinet alienum  
non semper peccat de nouo, sed cum habet

hunc

hunc actum positiuum, nolo reddere alienū,  
est tamen temp̄ in malo statu. Magister  
meus Victoria tenet quod nullum est pra-  
ceptum de p̄nitentia aut cōtritione, quod  
obligat sub novo peccato. Quāuis peccatū  
mortale sine p̄nitentia nō posuit dcleri, ac  
pr̄inde sit necessariū dolere, seu p̄nitere:  
sed qui non p̄nituerit, damnabitur quidē  
propter peccata, que cōmisit, sed nō quia nō  
p̄nituit. Sed quia mihi magis placet opinio  
contraria, ideo hanc non prosequor.

Q V E R I T V R, vtrum post hanc vitam  
sit locus p̄nitēt̄. Resp. q̄ nō, sed prout in  
corpore gessit siue bonū, siue malū recipiet  
z. Cotinthio. 5. Et ubi ceciderit lignū, ibi ma-  
nebit, Ecclesiast. 11. Veniet nox quando ne-  
mo poterit operari. Ioā. 9. Sed cōtra de Tra-  
iano, & alijs, quos Apostoli luscit auctorit̄, quo  
rum aliqui forsitan erant in infernum detrusi.  
Respōd. nō dubito quin Deus possit homi-  
nes damnatos liberare ab inferno, sed hoc  
est pr̄ter legem. Id autē q̄ dicitur de Traia-  
no timeo quod sit fabula, tame quicquid sit,  
Deus potest omnes damnatos eripere ab in-  
ferno, etiam si non p̄nitiat. Et sic nō opus  
est dicere quod suicit auit illum ad p̄nitē-  
dum: non enim erat opus.

Q V E R I T V R, vtrum saltēm peccata  
venialia post hanc vitā remittantur? Resp. q̄  
cum multi moriantur in peccatis, ut ualibus,  
ut uicibus.

An post vi  
tū sit loc  
p̄nitēt̄.

224.

An versia.  
lia renun-  
tatur post  
hanc vitā.

k vel

vel quia non cogitauerunt de illis, vel quia cōd  
placenter sibi in aliquo, utcessariū est dicere q̄  
in alia vita remittatur. Et ita S. Tho. 4. d. 21.  
q. 1. art. 3. Et in additionibus. q. 4. art. 3. dicit, q̄  
peccata venialia remittuntur in purgatorio?  
& eōde mōdo sicut in via remittuntur. In in  
ferno autem ideo non remittuntur, quia ibi  
existentes sunt inimici Dei, & Deus eorum  
operas non acceptat. At existentes in purgato  
rio sunt amici Dei, & id est acceptantur eorum  
opera: & etiam per displicentiam peccatorū  
remittuntur eis peccata venialia. Ita Greg. 4.  
dialog. c. 39, & habetur. 25. dis. ca. qualiter. &  
Aug. 21. de Cuiitat. c. 14. Matt. 12. Nō remit  
teret ei neq; in hoc seculo, neq; in futuro. 25.  
Machab. 10. Sancta ergo & salubris cogitatio  
pro defunctis exorare, vt à peccatis soluan  
tur. Opera igitur bona existentia in purga  
torio sunt quidē meritoria remissionis pec  
catorum, non tamen gloria.

**Q V E R I T V R**, utrum lēmper remittan  
tur per cōtritione tota pœna peccatis debi  
ta? Responsta fidem catholicā negatiue ita  
enim dicitur in Co. Trid. S. cts. 14. Canō.  
12. his verbis. Si quis dixerit totā pœnā limul  
cu culpa remitti tempore a Deo, anathema sit.  
Et ite can. 15. in fine. Prēterea patet nā rā ta  
tis actio no ēt pars huius sacrameti q̄ est  
cōtra prius dicitur. Item, quia alias non ei  
set opus purgatorio. Quod autē post remis  
sionem

125.  
**A**n contri  
tuo remit  
tat totam  
pœnam.

Erone culpæ maneat reatus pœnæ, probatur  
vnica auctoritate. 2. Reg. 12. Vbi postquam pec-  
catu David remissu est, dicitur in pœnâclius,  
Ymicus filius qui natus est tibi morietur. Et  
alius loç 10iut. 22. An paru vobis est q̄ pec-  
castis in Beelphegor? vñq; in præsente diem  
macula huius celeris in vobis permanet. Vi-  
de S. Tho. 1.2. q. 86. ar. 2. Potest nihilominus  
tanta esse cōtritio; q̄ sufficiat ad remittendu  
totâ pœnam, sicut credimus de Magdalena.  
Et hæc de contritione sufficiant.

### TS EQVITVR DE CONFES- sione, secunda pœnitentie parte.

De hac materia Confessionis tractant doct:im. 4. di-  
ctio 17. & S. Thom:ibidem, & in additionibus  
quest. 6. Et apie omnia.

### VÆRITVR, utru confessio sit

de necessitate salutis? Resp. q̄ sic,  
& ita firma fide tenetur est, ut pa-  
ret ex Concil. Tridenti. S. cts. 14.,  
Can. 6. cuius verba sunt. Si quis negauerit  
confessionem sacramentale vel initiatam,  
vel ad salutem necessariâ non esse iure diu-  
no, anathema sit. Idem patet ex cap. Omnis  
veriusq; sexus, de pœnitentijs & remissionib;  
vbi hoc expreſſe dicitur, ex præallegatis co-  
stat confessionem esse de iure diuino. De  
qua tamen re inferius aliqua dicentur. Sed  
dubium est, an si confessio nō esset precepta do-

116.  
Confessio  
est neceſſa  
ria ad falu-  
rū, tebi,

iure diuino, posset Ecclesia ad eam obligare? Nā si posset parū refert scire an cōfessio sit de iure diuino, sufficit enim q̄d iā Ecclesia in cōcilio generali obligauit omnes ad cōfessio ne. Et videtur q̄ Ecclesia nō potuerit cōfessiōne p̄cipere. Nā secundū communem opinionem Ecclesia non habet iurisdictionē super actus interiores, ergo sātē non posset nos obligare ad cōfitemendū illos: quod quidā assentunt, sed tamē damnati sunt. Itē Ecclesia non posset m̄e obligare etiam pro quocūq; crīmine, vt religionem profiteret, quia esset nimis graue onus, vt est communis opinio, sed etiam est onus grauiissimū & difficilimū peccata confitori: ergo si non esst p̄ceptū diuinum, ecclesia nō posset ad hoc obligare. H̄ec est res disputabilis, & qua parū indige-  
nūs, quia habemus pro certo, q̄ de cōfessio ne s̄id p̄ceptum in iure diuino, vt primo probauimus. Notandum tamē quod duplia  
sunt p̄cepta, quēdā quē licet sint obsoleta,

**infra nu-  
mero 134.**

non obligat hominem absolute, sed in casu, vt de elemosyna est absolute, p̄ceptum, & tamē non obligat nisi in casu necessitatis: & potest esse quod nunquam occurrat talis casus in vita, & ideo nō vocatur elemosyna necessaria ad salutē. Idem de sanctificatione Sabbati, maxime si Ecclesia non determi-  
nasset diem. Idē de honorandis parentibus.  
Alia sunt p̄cepta quæ obligat absolute, &

nō est satis in casu, sed oportet ut vos queratis casum, & disponamini ad implendum illa. Et huiusmodi est præceptum Baptismi, Confessionis, Eucharistie, circa quæ tenor face re ad illa implenda. Et haec vocantur necessaria ad salutem.

**Q V E R I T V R**, an confessio sit adeo necessaria ad salutem, sicut baptismus: ita q̄ nunquam liceat illa omittere. Resp. primis, q̄ non est adeo necessaria ut baptismus. Nā puer sine actuali baptismo nō potest saluari, potest autē homo saluari sine actuali confessione. Sed utrum cum quis potest confiteri, possit aliquando omittere confessionem? Resp. pro nunc quod multa sunt præcepta Dei, & sic quandocumque quis posset confiteri sine transgressione præcepti diuinis, tenetur confiteri, etiam si perdat bona. Si vero simul concurrat aliud præceptum diuinum cum confessione, & præceptum confessionis nō possit impleri sine alterius præcepti transgressione, si aliud est maius (maxime de jure naturali) tunc non tenetur confiteri, quale est nō scandalizare. Unde si feminā scit et confessor em scandalizandū, si ei confiteretur, nō tenetur confiteri ei, vel latius infra dicimus.

**Q V E R I T V R**, an confessio sit de iure naturali? Resp. q̄ non. Quia sacramenta Ecclesie sunt de illis quæ sunt supra naturam, & pertinentes ad fidem. Quis enim cognollet

127.  
Confessio  
nō est tā  
necessaria  
sicut ba-  
ptismus.

128.  
Confessio  
nō est de  
iure na-  
turali.

Q VÆR LTVR, utrū teneamur cōfiteri  
peccata venialia? Resp. q̄ omnes conuenerunt  
in hoc quod qui habet mortalia peccata nō  
teneatur confiteri venialia, quia si teneatur  
confiteri vnum veniale, ergo & omnia. &  
cum venialia sint infinita, esset quælibi impo-  
sibile omnia cōfiteri. Sed dubium est, an qui  
nō habet nisi venialia, teneatur ea cōfiteri  
semel in anno? De hoc S. Tho. q. 6, ar. 3. ad. 3.  
ponit duas opiniones. Prima dicit, q̄ tene-  
tur, quia p̄ceptu de confessione est abso-  
luta & potest impleri, ergo. Secunda opinio  
dicit quod nullus teneatur confiteri venialia.  
Et hæc est tenēda, quia p̄ceptu de confes-  
sione, intelligitur de mortaliis, ut expro-  
p̄dictum est in Concil. Trid. Sessio. 14. Cano. 7.  
ubi sic dicitur, Si quis dixerit sacramentum  
poenitentia ad remissionem peccatorū necce-  
sarium non esse iure diuino confiteri omnia  
& singula peccata mortalia, &c. anathema  
sit. Pondera verbum, peccata mortalia. Itē  
patet ex eo quod dicitur in c. omnis utriusq;  
sexus, &c. cōfiteatur p̄petratores. Circa  
venialia vero non est proprius sacerdos, nā  
quilibet potest ea cōfiteri cui voluerit. Itē  
Ecclesia noluit de nouo p̄cipere confessio-  
nem, sed p̄ceptu iuris diuini determinare  
quoad tempus executionis: et à Christo non  
est p̄cepta confessio nisi mortalium, ergo.  
Item

Item in illa decretali imponitur non confitegi nullum iusta p[ro]cessus, ut scilicet ymnes arceatur ab ingrediens Ecclesie, & mortuorum Christianorum  
careat iuramenta: sed huiusmodi poena non imponetur a priuilegiis Ecclesie perfectionibus viris, quales sunt qui habent solum peccata venialia, que alijs peccatores non tene-  
tur confiteri, alias meliores essent peccatores  
ditionis) ergo, ite quia ad remissionem venia-  
lii sunt quā plura remedia, videlicet conici-  
sio generalis, oratio dominica, tūlio peccato-  
ris, &c. Ceterū, & in nullo iure renegamus con-  
fessio venialia, laudabile tamē est & valde utile  
illa confiteri, horum enim peccatorum confessio  
Iustificans materia est sacramenti poenitentiae.  
Esetq; hereticus assicere p[ro]p[ter]e non licet confiteri  
peccata venialia, ut distinctus est in Conc. Tri-  
Sel. 4. Cano. 7. Quos verba inquit. Si quis di-  
xerit non licet confiteri peccata venialia, anathema  
thema sit. Talis igitur qui non habet nisi ve-  
nialia, petat in Palchate Eucharistiam, & la-  
cerdoci, dicitu quod primus confreatur: respo-  
deat le pro fide, reuolusione, & sacerdos respon-  
dat. Sed quis illi dicet. & Laudabimus eum?

Q V E R I T A B U M q u a l i q u i s p o d i t c o n f  
f i g i p e c c a t u m a d u c a b e r ? R e s i d . S . T h o ,  
q u a n d o c o n f i n i t u m i n i s t r u c t u m i n i s  
c o n f i n i t u m i n i s t r u c t u m i n i s t r u c t u m i n i s  
c o n f i n i t u m i n i s t r u c t u m i n i s t r u c t u m i n i s  
P i c o d e g o d e s d e s i d e r i s i o n i s i o n i s i o n i s i o n i s  
D i c o k 4 p e c c a t u m a d u c a b e r ; q u a n d o

130.

peccat circa ea quæ sunt de necessitate confessio[n]is, & decipit confessorem, qui absoluit q[uod] non potest absolui: & consequenter dico, q[uod] confessio non fuit integra, ac proinde nulla & iterata: quia non consistet ut de illo medacio pernicioſo. Si autem peccatum de quo dubitat, confiteatur tanquam certum: si id faciat credere esse magis securum, ut communiter fit, non si intamnam peccatum. Si autem faciat animo accipiendi sacramenta, peccat mortalitet. Sed quid de scrupulis, vt si habeo suspicionem, q[uod] feci peccatum? Resp. quod non solum non teneor confiteri, sed neque debeo facere, si credo q[uod] non colens. Quia in rebus moralibus debemus procedere ex crassis conjecturis. Nihil enim non est sophista, nec queritur laqueos. In rebus autem moralibus vocatur demonstratio, vbi habeo conjecturas pro una parte, & non pro alia, licet habeam formidinem eius. Iste qui sic confitentur infamant sacramenta & reddit ea odiosa, satis est confiteri peccata certa & dubia: sed non de scrupulis qui sunt veri scrupuli. Nam de his loquitur. Exemplum, est aliquis qui omnino habet propositum cauedi a peccatis, & nullo modo vellet consentire tentationibus, & expertus est quod solet resistere cogitationibus & illecebribus, postea occurrerunt cogitationes & detetus fuit in illis, & postquam discesserunt non recordatur si aducit, si colensit, vel qualiter se habuit?

Dico

Dico quod de tali scripulo non oportet cogitari. Et eodem modo de cogitationibus fiduciis, & phantasias que occurunt homini etiam parato mori pro fiducia, si opus esset.

**D U B I T A T V R**, ut tu peccet mortaliter qui cogitat peccatum veniale, quod non fecit? Nam quod peccet venialiter certum est. Caeli. in. 2. 2. in materia de mendacio dicit, quod est peccatum mortale. Alioquinia mētitur in iudicio ubi tenetur dicere veritatem. Sed respondet, quod non est mortaliter, nam licet sacerdos possit exigere veritatem a penitente, non tamen quācunq; veritatem, sed eam quae pertinet ad materiam iudicij sunt. & cum venialia non sint materia confessionis, mentiri circa illa, non est peccatum mortale. Sicut nec si confessori interrogatur, an sim pauper, dixerit quod non, cum tamē te vera sim pauper, non peccatum mortaliter. Et quanvis Caeli. in. 2. 2. fuerit illius sententia, tamen in summa confessionis moderationi loquitur dices, quod si sit intentio penitentis facere peccata venialia materia confessionis, tunc mentiri (etiam circa venialia) est mortale, quia ianiviale est materia principalis & pertinentis ad iudicium. Sive vero non est intentio penitentis facere venialia materia confessionis, mentiri circa illa non est mortale. Sed adhuc dico, quod etiam si habuerit intentionem efficiendam materiam confessionis ex venialibus, dicens mendaciū vir-

111.  
Mentiri  
ex veniali-  
bus in con-  
fessione  
quale pre-  
cautionem habet.

cailla, ut si dicam me non fuisset emptum, non peccato mortaliter: quia per hoc quod nolo dicere mutatur intentio prior, & iam non manet materia confessionis, etiam si non habuero reflexione illam, nolo quod hoc peccatum, quod nolo facere sit, materia confessionis.

iii.

~~Non statim  
potest pecca-  
tu venia.  
marcon-  
fuerit.~~

Q V A E R I T V R , quando obligat praecepsa confessionis, an statim post peccatum? S. Tho. 4. q. 17. & in additionibus. q. 6. art. 4. dicit quod hoc praecepsa potest multipliciter considerari. Uno modo statim in solo iure divino, secunda Ecclesie determinatione. Alio modo post Eccl. Iesu determinationem. Longe quando igitur secundum primam considerationem, dicit aliqui, quod obligat solum semel in vita, in causa necessitatis: hinc & alia praecepsa affirmativa, para in articulo mortis. Sed contra, dicitanc illi, et impossibile considerari peccatum, nam cum ad hoc requiratur memoria peccatorum, videtur impossibile moraliter obstat, quod quis habeat in memoria peccatorum, quae commisit in 40 annis; & sic frustra esset illud prescriri, lete pro majori parte, quia a rancoribus peccatorum in fine vite possit quis habere meliora. Idem dicit alijs, praecepitur qui libet confessio nisi neccesitates, quae vocatur quando sibi subiectum obliuiscitur, sicuti & ali praescripti, nempe impossibile est probabile, quod si tunc non impleretur post a non poterit nullus fuisse de-

Quando te  
memor o  
fuerit.

de auditione misse, non teneat eam audire  
mane, nisi solum sit unica missa, quæ manu ce-  
lebratur: & sic de confessione quam tenetur  
facere intra illud tempus, quod sufficit ad au-  
toriam peccatorum refinementem. Sed con-  
tra, quia si hoc esset verum, Ecclesia negligen-  
ter determinasset in c. omnis ytriusq; Iesus,  
tempus unius anni pro confessione; nam pro-  
babile est, quod in uno anno obliuiscatur ali-  
qua peccata. Certum enim est, quod si de iure  
diuino teneremur confiteri peccata nostra  
plures in anno, non possit Ecclesia dare facultatem,  
quod differetur confessio viq; ad annum  
num; sed sunt aliqui qui in uno anno obliuiscen-  
tur, ergo. Ad hoc sciendum, quod Ecclesie  
non dedit nouam, etiam, sed coactuit ne-  
gligentiam, nec voluit dicere, quod non con-  
teantur ante annum; sed quod ad forum expe-  
rius voluit arctare. Vnde si quis aggredieret  
tur periculum mortis ante annum, Ecclesia  
non dubitavit illum a confessione in casu  
facienda. Sed quia nunc agmo obliuiscitur  
confiteri nisi semel in anno, alias Ecclesie  
si a decipere nos videbat talium est quod difficit  
esse. Itaque videtur mihi, & cu' non adumpro  
alijs, preceptis, quod Christus instituit et  
celerit, & dedit sacramentum, & precepit regis-  
teria, non autem dedit precepta regis-  
teria, & ordinaciones speciales, quibus Ihesus  
potest gubernari, ut subiectio hominum.

Q. 30d.

Quod patet, nam Christus nō determinauit Episcopos per diuersas diœses, & tamen nifressent Episcopatus distincti, esset impossibile Ecclesiā gubernari, quia posset p̄cipere cōtraria. Nec in eo fuit prouisio Christi insufficiens, nā idcirco cōstituit prelatos, vt gubernarent Ecclesiam, & p̄cipit fideli bus, Obedite p̄positis vestris. Secūdū notandum quod Christus reliquit aliqua p̄cepta generalia sine determinatione, quaquidem nō possunt commode obseruari ad Christi intentionē, nisi Ecclesia determinatētēpus, vel modū &c. Verbi gratia Christus posuit p̄ceptum Eucharistiz dicens. Nisi manduaueritis carnē filij hominis &c. Stando solum in p̄cepto Christi, quando tencretur homo sumere Eucharistiam? Si dicas, quod semel in vita, hoc nō est verissimile, cum secundū Hierony. Aug. Ambrosium, & alios doctores, in oratione dominica per pacem quotidianum intelligatur Eucharistia. Cū etiā Apostoli, & in primitiva Ecclesia fideles frequētarent hoc mysteriū. Et Christus dixit: Hæc quotiescumq; feceritis, in mei mēmoriā facietis. Et iterum: Hoc facite in meā cōmemorationē. Ac proinde patet, p̄dictū p̄ceptum nō posse cōmode obseruari ad intentionem Christi sine ordinatione & determinatione Ecclesiaz. Itē p̄ceptum de celebratione festi, quomodo im-

pleretut? nunquid sufficeret semel in vita ge-  
nua flectere, & Deum colere? Sic igitur dico  
de præcepto confessionis, quod de iure di-  
uino, tenemur confiteri quod Ecclesia de-  
terminauit. Nec enim stando in iure diuino  
potest determinari quod obliget: sicut eti-  
am intentio Christi quod ista mysteria fre-  
quentarentur.

N V N C videamus utrum stando in iure di-  
uino, sint aliqui casus in quibus teneamur sta-  
tim confiteri? Aliqui antiqui, & quidam sum-  
mista dicunt, quod peccator tenetur statim con-  
fiteri; quia alias exponeret se periculo: p-  
osset enim mori, vel impediri lingua, vel mem-  
rialibi. Item quia fecus agendo, iam non fa-  
cit quod in se est. Huius sententiae est Inno-  
centius in c. omnis, de pœnitentijs & remis-  
sionibus. Idem videtur sentire Archid. in ca.  
ille rex, de pœnitentijs. d. 3. Sed S. Tho. & alij  
doctores dicunt, quod non tenetur homo sta-  
tim post peccatum confiteri. Patet, nemo te-  
netur statim ad contritionem, quæ est magis  
necessaria, quam confessio, ergo nec ad co-  
fessionem. Item hoc non determinatur in  
iure diuino, aut positivo, ergo est falsum.  
Item Ecclesia determinauit scilicet in anno,  
ergo hoc sufficit.

S E D, utrum homo de iure diuino teneatur  
confiteri in articulo mortis? Resp. quod sic.  
Nam peccator tenetur confiteri, & non potest  
poterit

133.  
Casus in  
casibus te-  
nemur sta-  
ti confite-  
ri.

134.  
In mortis  
articulo,  
aut iure.

mur de in post mortē, ergo qui est in illo articulo, si nō  
 re diuinō vult confiteri exponit se periculo. Vnde in  
 confiteri. c. cum infirmitas, de pœnitētijs & remissio-  
 nibus, præcipitur medicis, vt admoneant &  
 exponant infirmis pericula mortis: in quo  
 errant cōmūniter medici, ne contristent in-  
 firmam. Sed verum est, quod debent facere  
 q̄nto melius potuerint: led omnino sunt  
 negligentes medici. Et potest contingere, q̄  
 propter eorum negligentiam dānentur an-  
 qui infirmi. Sed quid vocatur articulus mor-  
 tis? Respondet Palud. 4. dī. 17. q. 2. quod non  
 dicitur articulus mortis, vnde quis potest  
 mori: sicut nō est articulus mortis, iustat, ju-  
 gar a las cañas, correr toros, o cauallos: tunc  
 enim non tenetur homo confiteri ante ista  
 exercitia: sed articulus mortis vocatur, vnde  
 cōmūniter, & frequēter solet sequi mors,  
 sicut intrare bellum. De intrantibus autem  
 mare est dubium, si enim esset paruum ipsa-  
 cium, & mare esset placidū, non tenetur cō-  
 fiteri. Breuitate arbitrio boni viri relinqua-  
 tur iudicium de periculo mortis.

Q V A R I T V R, vtrū ante Euchāristiā  
 tenetur homo de iure diuinō cōfiteri? Cō-  
 munis opinio est, quod sit Caict. 3. par. & in  
 summa tenet oppositum. Caius sententia in  
 Concil. Trid. Sess. 13. de sacramento Eucha-  
 ristie in calce Canonis. II. damnata est, & re-  
 probata, ita; vt nec opinatio posse defen-  
 di,

di, etiam sub pœna excommunicationis ipso facto incurrende. De hoc iam disputauimus supra. Ex dictis sanctorum non est dubium quin teneatur confiteri, si habeat copiam confessoris. Si autem non habeat & debeat celebrare diebus festiuis, bene poterit sine prævia confessione: maxime si non celebrando incurrat aliquam notam infamie.

S E D VTRU ad recipienda alia sacramenta te neatur homo confiteri? De hoc Marsilius. 4. q. 12. art. 1. facit magnam difficultatem, & dicit particulariter de recipiente sacramentū ordinis, quod ordinatus tenetur confiteri prius, quia sacramētū ordinis directe ordinatur ad copiam gratiæ, & esset magna irreuerentia non disponere se ad receptionem illius. Sed respondeo absolute (omissis opinionibus) quod ad receptionem aliorum sacramentorum nemo tenetur confiteri. Vnde de consecra. d. 4. ca. vt ieiunij, dicitur, quod qui confirmandi sunt, si sunt perfectæ ætatis, ad moneantur ut prius coiteantur. Vbi admonitio potius videtur collidit, quam præceptum. Et si non est necessarium ante hoc sacramentum confiteri in quo recipitur copia gratiæ: multò minus erit in alijs. Quod clarius patet ex verbis Cœci. Tridi. Sci. 24. de reformatiōne matrimonij. c. 1. vbi sic dicitur Postremo sancta Synodus coniuges hostat, ut antequam contrahant, vel saltem

135.  
An ad reci-  
piendā alia  
sacramēta  
teneamus  
confiteri.

triduo ante matrimoniū consummationem  
sua peccata diligenter confiteantur. Et ad sanctissimū Eucharistię sacramentum pīc accedant, hactenus ibi. Verū est, quod quia omnia sacramenta conferunt gratiam, videtur aliqua negligētia accedere ad illa sine confessione. Sed quod nō requiratur confessio, patet etiā, quia Ecclesia hoc nō determinauit, nec in iure diuino habetur, ergo non est necessaria. Sed unde magis habemus q̄d requiriatur confessio ante Eucharistiam, quam ante alia sacramēta? Rcip. quod hoc habemus ex Paulo dicente: Probet autem scipium hominū &c. Et ex usu Ecclesie, ubi qui non confiterunt haberet conscientiam peccati mortalis, item ex dictis sanctorum, & ex canonibus utriusq; Iesu, ubi præcipitur confessio ante Pascha propter Eucharistię in eo sumendā.

S. E. D ytrū ad administrādum sacramēta teneatur sacerdos confiteri? Resp. quod nō, quia alias sequeretur perplexitas. Nam si eis sacramentū decē sacerdotes omnes in peccato mortali, an sacerdos tali, quis audiret prius, alterius confessionē? Sed ex reverentia quam debemus sacramētū, commodum est, quod antequam illam ministremus, vel Euagelium legamus, confiteamur: si potest cōmode fieri. Et aliquādo negligentia confessio nō possit esse. vñialis, nū quā tamē mortalīs; & hoc teneatur sine quod cunq; scrupulo. Adrianus, Palude, & Bonap-

ponunt aliquos casus in quibus tenetur homo statim confiteri, sed ego non credo eis.

**Q**UÆ R I T V R, quando tenetur homo iure humano confiteri? Dices q̄ semel in anno. Ut disfinitū est in illo Cano. oīs vtriusq; tenemur sexus. Præterea idē disfinitur in Conc. Trid. <sup>137;</sup> De iure humano qn confitesi. Sel. 14. Cano. 8. cuius verba sunt. Si quis dixerit ad cōfessionē omniū peccatorū, qualē Ecclesia seruat, nō teneri omnes & singulos Christi fideles, iuxta magni Cōc. Later. cōstitutionē semel in anno, anathema sit. Sed quę ro ego, quādo? nam in illo c. oīs vtriusq;. nō determiniatur tēpus, ac proinde ex illo præcepto nō plus obligamur cōfiteri in quadragesima, quām extra: & ita est. Vnde dico, q̄ si quis extra quadragesimam semel fuerit confessus, si postea habuerit impidimentum sumendi eucharistiam in paschate, non tenetur confiteri in quadragesima. Et si recordetur se in confessione præcedenti oblitum fuisse aliquid peccatum mortale, non tenetur illo eodem anno iterum confiteri, sed potest expectare aliam quadragesimam.

**S**E D quid faciet obliuiosus? an teneatur scribere peccata, vel aliter mādare memorię peccata? Maio. 4. d. 17. q. 2. dicit q̄ sic. Ego nō credo q̄ teneatur, in nō nec laudo, q̄ peccata scribantur. Probo, quia non tenetur aliquis magis ad confessionē quām ad contritionē; sed ad contritionē habendā nō oportet peer

138.

Oblivio-  
sus an re-  
nest scri-  
bere pecca-  
ta ad cor-  
tendum.

cata scribere ( sufficit in generali conteri de obliitis ) ergo nec ad confessionem requiritur id. Nec enim oportet iugum domini reddere grauius, satis est quod quando confiteretur, dobet dare operam, ut recordetur peccatorum, & aliae sunt fabulae. Ita dicit Sylvest. (doctor non spernendus) verba. Confessio. i. §. 1. in fine. Et praterea difficile est profecto quod aliquis habens curam anime sue, obliuiscatur aliquius peccati mortalis. Certe est difficile.

139.  
Quaestate  
concernente  
memor.

Q VÆ R I T V R , in qua aetate incipit obligare hoc preceptum de confessione? Videtur, quod non statim post usum rationis. Quoniam nec statim tenetur sumere eucharistiam: cum tamen etiam sit in precepto. Responsecundum omnes, quod statim post usum rationis tenetur confiteri peccatum mortale: sed cum confessio sit sacramentum, non debet ludicre fieri. Et si non sunt conjecture usum rationis, non sunt pueri audiendi ea intentione, quasi sit ibi aliquod sacramentum: sed instruendi sunt, & docendi. Ad argumentum de eucharistia, respondeo primò quod aliquem habere, vel non habere usum rationis non potest certe sciri, nisi quibusdam conjecturis: ideo quando non est certum, sed habemus conjecturas, quod habeat usum rationis, tenetur confiteri: quia nullum est periculum, quod confiteatur peccata etiam ante usum rationis. Ad eucharistia autem non dimittuntur accedere

cedere quousq; certò si ciamus, quòd habeat  
vsum rationis, propter irreuerentiam. Secū-  
dò dico, q; vsum rationis non simul venit de  
omnib; rebus, potest enim quis cognoscere  
vnū, & non aliud. Nā prius peruenit puer ad  
tempus, quo possit iudicare de peccatis mor-  
talibus, quā ad intelligendū tantū sacramen-  
tum, & q; ibi sit Corpus Christi: quod tamē  
debet diicernere qui sumit eucharistiam.

**Q V E R I T V R**, vtrum Papa possit di-  
spensare in precepto confessionis? Respō. q;  
non. Quia inferior non potest revocare, nec  
relaxare preceptū superioris, cum nec par in  
parem habeat potestate. Cum ergo Præce-  
ptum confessionis sit de iure diuino, nemo  
poterit dispēsare nisi solus Deus. Sed cōtra  
Papa potest dispensare in voto simplici, vt  
est communis opinio: & tamē obligatio vo-  
ti simplicis est de iure diuino, ergo. Itē secū-  
dum opinionē communem Canonistarum,  
Papa potest dirimere matrimonium ratum  
per verba de præsenti (in quo etiā consentit  
Caieta.) ergo Papa potest dispensare in iure  
diuino politiō, quod & concedunt Cano-  
nistæ: sed non ita opinor profectō, mittunt  
enim falcam in messem alienā. Ad argumen-  
tū igitur, potest dispēsare in voto, cōcedo: &  
in matrimonio rato transeat: ergo in iure di-  
uino, distinguo consequēs. Duplex est ius di-  
uinū, vnum quod non dependet ad actibus

140.

**A**d Papa  
possit di-  
spēsare in  
præcepto  
confessio-  
nis.

nostris, & in hoc non potest Papa dispēsare.  
 Alterum quod dependet ab actibus nostris,  
 ita quod per se non est sufficiens ad obligan-  
 dum sine noua nostra obligatione: sicut est  
 votum, & in hoc ratione illius propriæ obli-  
 gationis, quā ego superinduxi, Papa potest  
 dispensare: immo & parentes dispensant in vo-  
 tis filiorum ante. 14. annum. De matrimonio  
 autem rato dico, quod est contractus quidā:  
 vnde si ius diuinum obligare Petrum ad ac-  
 cipiendam Mariam in coniugem, Papa nihil  
 posset, sed quia ex actu istius pendet hæc  
 obligatio, & ex contractu humano particu-  
 lati, si Papa in hoc potest dispensare( de quo  
 tamen nihil dico ) est ex ea parte, qua est ibi  
 aliquid humanum, & quia præceptum con-  
 fessionis est per se sufficiens ad obligandum  
 nos, est propriè ius diuinum, ac proinde nō  
 potest Papa in eo dispensare.

141. Q V A E R I T V R , an sit necessarium con-  
 fessio sacerdoti? Resp. q sic. Et ita firma fide  
 sacerdoti tenēdū est. Sic enim est diffinitū in conc. Flo-  
 rent. sub Eng. 4. cuius verba sunt. Sacramēti  
 pœnitētiē minister est solus & omnis sacer-  
 dos. Habens autoritatē absoluendi, vel ordi-  
 nariā, vel ex cōmissione superioris. Prēterea  
 illud idē diffinitur in conc. Trid. Sess. 14. c. 6.  
 Itē Cano. 9. & Cano. 10. Itē probatur, quia  
 solis Apostolis dictū est, Quorū remiseritis  
 peccata, remittuntur eis, Et quodcuq; solue-  
 ritis

ritis super terram: & soli Petro, Pasce oves meas. Confirmatur ex vnu Ecclesiæ, nā iolis sa cerdotibꝫ quādo ordinatur dicūtur illa eadē verba quę Christus Apostolis dixit, scilicet. Accipite potestatē ligādi & absoluendi. Hęresis fuit V ualdensiū, vt refert Marsi. 4. q. 12. dicentium, quōd indifferenter poterat qui libet cōfiteri cui vellet. Dicit etiā, q̄ in aliquibus locis illi qui dānabātur ad morte nō per mittebantur confitcri sacerdotibus, sed laicis: quod quidem est error intolerabilis. Sed de his in materia de clauibus dicemus.

Q V A E R I T V R , vtrum venialia possint laicis cōfiteri? Resp. q̄ talis cōfessio non crit sacramētalis, sed proficit sicut cū vnus laicus recitans cum alio horas canonicas, dicit cōfessionē generale. Imo ipse sacerdos cum celebrat, absoluuntur de venialibus à laico in cōfessione generali auctoritate Ecclesiæ que habet potestatē supra venialia: sicut per tu sionem pectoris, vel aquam benedictā. Quia licet talis confessio non sit sacramentum, est tamen quoddam sacramentale.

Q V A E R I T V R , vtrū confessio mortaliū possit fieri laico? Respon. Magister sen ten. 4. d. 17. & S. Tho. ibidē. q. 3. & in additio nibus. q. 8. ar. 2. quōd in necessitate, vrgente periculo mortis, confessio etiā mortalii est facienda laico. Magister in litera allegat Aug. dicentem. Tanta vis confessionis est, vt si

Confessio  
sacerdoti  
facienda.

142.

143.  
Confessio  
mortaliū  
an possit  
fieri laico.

deest sacerdos, cōfiteatur proximo. Et Beda, sed & grauiora coequalib⁹ pādenda sunt, cū deest sacerdos & vtget pericula. Hac opinionē tenet cōmuniter omnes doct. Durād.

Palude, Ricard. Gabriel, Maio. Marsili. Sed Scot. ibi dicit, q̄in casu licet sit laico, scilicet,

quādo ab eo spero consiliū, vel maiore pec-  
tatorū dolorem: sed ceteris paribus melius  
est non facere. Et in 4.d.14.art.2.in fine dicit

etiam Scotus. Dubium est an talis confessio  
sit detrimentum salutis, quia talis diffamat se-

sine utilitate, ergo non est opus sic confiteri.

Ipse libenter negaret, nisi moueretur dictis  
sanctorum, sed plus sanctis credeadum est,

quam vni rationi leui. Et tenendū est omni-  
nō q̄ licet confiteri laico in tali necessitate,

licet hoc multū abierit à consuetudine, quā  
credo antiquis temporibus magis in usu fui-

se. Nunc etiam sit aliquādo, ut in naufragio.

Ad argumētum verò Scotti, nego, q̄ talis dif-  
fimat se, nam etiam extra confessionē pos-

fundicere peccatū meum: ut detur auxiliū,  
vel consilium. At dices hoc esse verum, quia

sequitur inde aliqua utilitas. Dico q̄ etiam,  
in confessione facta seculari est aliqua utili-

tas, scilicet subiectio ipsa, quia le subiectū ho-  
mini laico propter Deū, est pars satisfactio-

nis. Et etiā propter verecundiam. Si autem

timet etiam infamia, aut reuelatio cōfessionis

tūc nec sacerdoti c̄st facienda. Sic verò hoc

dici-

dicimus licitū: ut nullo modo dicamus præceptum. Vnde male summa Angelica, & alij summistæ imponunt Magistro, & S. Thom. q̄ dixerūt esse præceptū. Nā S. Tho. dicit, q̄ potest fieri, & in solutione ad primū dicit q̄ debet fieri, sed tamen hoc verbum non dicit præceptū. Laicus autem qui sic confessionē *negat* audierit: nullo modo debet absoluere, quia *absolutio* nō habet potestatē, nec possūt ei cōmitti claves: Ecclesia enim nō habet potestatē *supra* peccata mortalia, nisi per sacramēta, ideo talis no debet absoluere, sed deprecari. Si autē de facto absoluueret, nihil faceret: sed nō manet irregularis: quia cū irregularitas sit pœna iuris positivi, & in iure no sit expressum, quod talis incurrit irregularitatē, non incurrit. Quia in capi. is qui. de sentenita ex cōmunica. lio. 6. ponitur regulā generalis, quod nullas incurrit irregularitatē propter quod cunq; delictum, nisi sit in iure expressum. Et ita tenet Sylvest. verbo, Cōfessor. i. & Palo. 4. d. 17. q. 1. Verum tamen omnia predicta admitti possunt, si sermo sit de confessione nō sacramentali. Cæterū si de sacramētali cōfessione sermo fiat, firma fide tenendum & dicendum est confessionem sacramentalē, nūnquam fieri posse laico, sed dantaxat sacerdoti, qui charactere sacerdotali insignitus sit. Sic enim diffinitur in cōcil. Tripl. Scfs. 14. de pœnitentia Can. 10. cuius verba sunt.

Si quis dixerit non solos sacerdotes esse ministros absolutionis, sed omnibus & singulis Christi fidelibus esse dictū. Quæcūq; ligaueritis super terram erunt ligata & in cælo, & quæcunq; solueritis super terrā erūt soluta & in cælo. Et quorum remiseritis peccata, remittantur eis, & quoru<sup>m</sup> retinueritis retentantur, anathema sit.

144.

QVÆRITVR, an sacerdotes in peccato mortali existentes, potestatem habeant absoluendi pénitentes in confessione sacramentali. Et proinde verā & realem absolutionem conferat cum actualiter absoluunt? Respondetur affirmatiue, & ita firma fide tenendum est. Sic enim diffinitur in can. 10. proximè allegato. cuius verba sunt. Si quis dixerit sacerdotes, qui in peccato mortali sunt, potestatem ligandi & soluendi non habere, anathema sit.

145.

QVÆRITVR, vtrum confessio possit fieri cuilibet sacerdoti, vel soli proprio? Res. q̄ solum proprio. Patet ex c. omnis vtriusq; Iesus, vbi hoc præcipitur. Item quia cum sacerdos sit iudex, oportet quod habeat iurisdictionē. Si enim iudex superior diceret aliqui, yo te hago alcalde, nihil esset, nisi ei daret subditos: ergo etiā in confessione. Potestas enim iurisdictionis non potest esse sine subditis. Ideo oportet confessio proprio sacerdoti. Sed quis est iste proprius sacerdos? Resp. q̄ Papa,

Papa, Episcopus, Curatus, & quicunq; ex officio suo habet curā animarū: siue hoc sit ex electione vt Priors, & Abbates in religione. Superior nō est ordinari i<sup>r</sup> nisi mortuo priore, vel amoto. Aliqui doctores vocant propriū sacerdotem omnē eum, qui potest cōfessionē audire, siue hoc faciat ex officio, siue ex sola cōmissione. Sed vtrum in absen-  
tia sacerdotis proprij, vel quando p̄cēnitens ex rationabili causa non vult confiteri pro-  
prio sacerdoti (excludimus omnia priuile-  
gia, & loquimur stando iolum in iure cōmu-  
ni) liceat alteri confiteri? Verbi gratia, fugit proprius sacerdos tempore Paschatis, vel in ipso confessione sollicitat fœminā ad stuprū:  
petit illa licentiam, vt possit alteri confiteri,  
& ille non vult cōcedere: & vrgit nēcessitas  
sumendi Eucharistiā, quia est Pascha, & si nō  
sumat excōmunicabitur: est dubium quid fa-  
ciet? Resp. ad hoc multi summistæ, quod in  
tali casu manet libera ad subijcendum se cui-  
cuq; voluerit sacerdoti: quia in dicto c. om-  
nis vtriusq; dicitur, quod peccat licentiam à  
proprio sacerdote, & sic illa petendo facit  
quod in se est, ac proinde manet libera. Sed  
hæc opinio nō est secura, quia non habetur  
in iure: & ideo doctores qui sanius sentiunt  
de hoc, dicunt q̄ mulier in tali casu debet re-  
currere ad superiorem, & dicere quod non  
expedit sibi cōfiteri alii sacerdoti, & sup-

rior debet credere. Et quod non possit alteri confiteri sine licentia superioris, pater quia mortuo sacerdote proprio, non posset talis mulier confiteri cuicunque; indifferenter: ergo nec poterit in casu praedicto. Itē si proprius sacerdos excommunicaretur, non posset alteri confiteri, nisi de licetia superioris, ergo nec in isto casu. Sed quid si non sit recursus ad superiorē, vel si ille neget licentiam? an licebit tunc confiteri cuicunque? Palud.in.4.d.18.q.3.art.3.dicit, quod in tali casu potest libere confiteri cui voluerit. Idē Sylvest. in summa. Ratio Palud.est, quia ipse tenet, quod statō in iure diuino quilibet sacerdos potest quilibet absoluere, & quod modo non possit, est propter ius humanū: & cū Ecclesia non possit hoc ius statuere, ut scilicet confiteatur cum scandalo, sequitur, quod tunc cessat ius humanū, & standum est iure diuino. Sed vere hæc sententia est mihi multum dubia: & primo prout quod si contra S.Tho.4.d.17.q.3.art.2. quæst.4.ad.5. ubi ad literā proponit casum: & dicit, quod si superior nolit committere facultatē, idem est iudiciū, ac si non habeat copiam confessoris. Quod etiā dicit in additio nibus.q.8.art.4.5. Hoc etiam Caiet.in summa.verb. Absolutio. Vnde propter nullū casum(excepto mortis articulo) poterit absoluere, qui ante illam necessitatē non poterat absoluere: & meritò quidem. Nam aliás qui-

libet fingeret sibi causas alteri consitēdi. Et consequenter dico de ceteris reservatis, q̄ si superior non vult concedere (licet male ta-  
ciat) inferior non poterit absoluere. Ut patet ex Concil. Trident. Sess. 14. de pœnitenti-  
ria. ca. 7. & Cano. 11. tñius Canonis hæc sunt  
verba. si quis dixerit Episcopos non habere  
ius reservandi sibi casus, nisi quo ad exte-  
niam politiam, atq; ideo cælum reservatio-  
nem nō prohibere quò minus sacerdos a re-  
servatis vere absoluat, anathema sit. Dicit  
tamen S. Tho. vbi supra ad lxxviii: (& cest nō  
tandū) quod male faciunt prælati qui in hoc  
reddunt se difficiles, & injiciunt laqueum ani-  
mabus, nolentes dare licentiam absoluendi.  
De illo autem quod dicit Palude, quod stan-  
do in iure diuino quilibet sacerdos potest  
quemlibet absoluere, dicimus, quod forte  
hoc est falsum.

S E D quid faciet pœnitens cum non po-  
test obtinere licentiam à superiori, & initiat  
communio? R. spondeo, quod communicet  
secure & tutè. Idem enim est iudicium tunc  
de eo, ac si carceret confessore (y vaya sobre  
mi conciencia). Sed tamen aduertant ra-  
les, quod habeant rationabilem cautiam non  
contendи proprio sacerdoti: verecundia  
enim, aut timor quod ille male de me sentiet  
postea, non est causa sufficiens: quia alias ne  
minim teneretur cōfiteri, quia semper accidit

illa

146.  
Cum nō  
ēspedit p-  
rīo facet  
dori cōfi-  
teri, quod  
faciēdam.

illa cuicunq; confitearis. Si tamē nocuit iam mihi, vel indirecte me diffamauit, iam ista est causa legitima non confitendi ei.

**147.** **Qui com-** S E D dubitatur, an post quā talis cōmuni-  
**municā-** cauit in Paschate, absoluatur à p̄cepto cō-  
**vit in Pas-** fessionis. Videtur quidem quod sit, quia nō  
**cha sine** stetit per eum quin cōfiteretur, cūm nō pec-  
**prævia cō-** cauerit non confitendo, ergo. Item, quia cō-  
**fessione,** fessio videtur instituta, ppter Eucharistiā,  
**an teneas.** tur illo an cūm ergo iam cōmunicauerit, videtur quod  
**no cōfite-** illo anno non teneatur iterum cōfiteri. Sed  
**ti.** dico, quod adhuc tenetur confiteri habita  
 opportunitate, quia adhuc potest implere  
 p̄ceptum de confessione semel in anno.

**148.** **M A I V S** dubiū est, an qui ex legitima cau-  
**Qui excau-** sa non communicauit in Paschate, quia fuit  
**sa nō cō-** in mari, vel in via, postea teneatur ad cōmu-  
**municā-** nionem? Palud. videtur dicere, quod sic, sed  
**vit in Pas-** certe nescio quare, cum sit determinatū cer-  
**cha, an te-** neatur po tum tempus ad communionem & transierit  
**steā cōmu-** iam. Itē cōfirmatur, quia si ex malitia nō cō-  
**nicare,** municauerit, postea non tenetur communica-  
 re: ergo multò minus si ex legitima causa  
 non communicauit. Consulendum est et ta-  
 libus ut communicarent: sed credo, quod nō  
 teneantur iam p̄ illo anno.

**149.** **Ex comis-** Q V Æ R I T V R, an ex cōmissione pro-  
**sione pro-** prij sacerdotis liceat cōfiteri alteri? R opip. q  
**prij sacer-** proprieatis pos-  
**dotus pos-** sum' alte. lic, ut patet ex dicto c. omnis vtriusq;. Et sic  
**sum' alte.** est consuetudo Ecclesiæ, & vtinam non esset  
 tanta

tata; quia iam nullus curatus audit subditos suos. Hanc autem commissionem & licentiam potest dare curatus, Episcopus, & Papa. Sic habetur expresse, de officio ordinarij cap. inter cetera. Et qui sic confitentur clero seculari, vel fratribus expositis, non tenentur iterum confitcri proprio sacerdoti: ut determinatū est ab Alexandro. 4. & à Clemente. 4. & à Benedicto, & à Ioān. 22. & à Calixto.

**Q VÆ R I T V R**, vtrum qui habet auctoritatem eligendi confessorem per Bullas, vel alia ratione quacunq;, possit eligere simplicem sacerdotem nondum expositum ad audiendas confessiones? Respondet absolute (hesto dubitent Canonistæ) quod sine quocunq; scrupulo potest eligere quemcunq; sacerdotem, ut etiā dicit Caiet, in summa. verb. **Absolutio.** Ratio est, quia in hoc solo differt sacerdos habens iurisdictionē à non habente, quod ille habet materiam, hic autem non: & hinc nihil aliud deficit ad hoc ut possit absolute, nisi materia circa quam exerceat potestatem quam accepit, dum fuit ordinatus. Cum ergo recipienti Bullas detur potestas subjiciendi se cui voluerit, iam talis sacerdos electus habet materiam & iurisdictionē circa illum: vnde nihil sibi deficit. Et ita tenendum est. Sed quāuis prædicta doctrina fuerit ante Concil. Trident. inter doctores triuialis, multumq; recepta, iam tamen post prædicti

An. vii. 150.  
victo-  
te indulgē  
tiarū pos-  
simus eli-  
gere cōfes-  
torem sim-  
pli cē sacer-  
dotem.

Con-

Conciliij determinatione, Sess. 23. c. 15. reformationis nullus est idoneus ad confessiones audiendas reputatus, nisi beneficium parochiale habeat, aut ab Episcopis per examen (si illis videbitur necessarium) aut alias idoneus iudicetur, & approbatione ab eis obtineat.

151.

**Sacerdos** sacerdos audire confessionem, utrum curatus unius Episcopatus possit audire tibi subditum in alio Episcopatu? Respon. omnia quod sic. Quia ita sine stricto iudicio, & nemini fit iniuria. Et idem poterit frater presentatus, & extra diocesim, ut etiam determinauit Sextus. 4. Et sic quando duo fratres de licentia prelati peregrinantur, possunt se mutuo ab soluere; etiam cum peruerenterint ad alium Episcopatum.

152.

**Copia eligi confessori** quis possit dare. SE D utrum hanc commissiōnē eligendi confessorem, facere possit habens curā animalium antequam sit sacerdos, vel sacerdos excommunicatus? Respond. de primo quod sic: quia habet titulum: quanvis aliqui dicat quod illa est commissio iuris, sed nihil de hoc coro. De excōmunicato autem dico, quod non potest, quia commissio illa est actus iurisdictionis, quem non potest excommunicatus habere. Sed utrum commissio talis legitime facta, superueniente excommunicatione committentis spiret & sit nulla, vel abundaret? Dubiam est. Palud. putat probabile, quod

quod durat. Quia illum actum fecit legitime. Et credo, quod ita est in usu, quod talis commissio valeat.

Q VÆ R I T V R , vtrum ratihabitio det facultatem absoluendi? Verbi gratia, ego non sum expositus ab Episcopo, credo tamen, quod si adirem eum & peterem potestatem audiendi confessiones, daret mihi: est dubium, an modo possim audire penitentem, & postea dicere Episcopo, ut ratum habeat quod feci? Resp. secundum quosdam, quod duplex est ratihabitio, una de futuro, putata quia quando Episcopus cognoverit sufficientiam meam, ratum habebit quod feci, & haec ratihabitio non sufficit: & in hoc omnes conueniant. Quia essentia sacramenti non pendet ex aliquo futuro, ac proinde ratihabitio non potest valideretur, aut invalidare sacramentum. Alia est ratihabitio de praesenti, putata quia Episcopus de praesenti vult ut audiatur licet nihil mihi dixerit, sed ego scio eius voluntatem, & haec ratihabitio dicunt aliqui quod sufficit. Quia Episcopus committit vice suam per voluntatem. Ego nescio an hoc sit secundum: nam qualis index Ecclesiasticus liberè exercet suam iurisdictionem, tam quia haec potestas est in foro Ecclesiastico, videtur quod non possit exercere illam iurisdictionem, nisi actu exteriori: sicut non posset Episcopus actu interiori communicare, vel absoluere aliquem: ut tenet probabilior

An ratihabitio, deg facultate absoluendi.

& verior opinio. Si ergo hoc verum est (vt ego credo) sequitur quod per solam complacentiam Episcopus non potest comunicare suam potestatē : cum hoc sit uti iurisdictionem. Sic igitur si per ratificationem de praesenti, intelligamus complacentiam virtualē, putā quia hī nunc diceretur Episcopo placet ei : dico certē quod talis ratificatione non sufficit. Si autem signis exterioribus Episcopus a iās ostenderet; vt si dixerit, gauderem quod talis audiret confessionē, dico quod videtur mihi quod talis ratificatione sufficiat. Exemplum: clerici seculares habent han libertatē, quod indifferenter cōfidentur quibuscunq; non ex iure diuino, nec ex cōmissione Papa, sed quia prelati hoc vidēt & sciūt & tacent, quod est quoddā exteriū, & hoc sufficit. Et sic in proposito dico quod sola ratificatione de praesenti, ostensa signis exterioribus sufficit ad confessiones audiendas.

**S E D** queritur in particulari, quis sit prius sacerdos? Resp. q̄ proprius sacerdos Papæ est ille quē ipse eleḡxit, qui habet potestate absoluedi cum ab ipsomet Papa. Et qui sunt de familia Papæ, habent pro confessore ipsum pœnitētiarū. Cardinales qui nō sunt Episcopi, nullū habent à iure, sed ex cōsuetudine, nec subiunt curatis, nec Episcopis, sed Papa. Et eorū familia (etiam de cōsuetudine) non subest ordinarijs, sed illis quibus Cardi-

nalis voluerit. Cardinales vero Episcopi: & omnes Episcopi, Archiepiscopi, & Patriarchæ habent a iure potestateni eligendi quemque; voluerint, & etiam familiaris eorum. Sed quando sunt extra dioceses suas, dicitur summisæ, quod non possunt prouidere familijs suis, quod confiteatur cu quibus voluerint: incio de hoc. Sed iam sunt tot Bullæ quod non est opus hocum. Sed quid de curato? Dico, quod quando in una parochia sunt duo vel plures ordinarij, statim in iure diuino qui liber est eius sacerdos. Si vero fuerit unus, habet pro ordinario solum Episcopum. De consuetudine autem semper curati confitetur cui volunt. Sed contra, quia in capitulo si Episcopus, de penitentijs & remissionibus, libro 6. dicitur expresse quod nulla consuetudine introduci potest quod quis eligat sibi confessorem sine superioris licentia. Cum igitur curati, a iure non habeant tadem facultatem, ergo non possunt habere eam a consuetudine. Sed dico, quod eorum confessio est recta: & valida. Quia habent facultatem a presbiteris videntibus, & ceteris, ac per hoc consentientibus. Unde si Episcopus eis hoc prohibere, non possent sine dubio facere. Vtrum autem curatus possit eligere fratrem suum sacerdotem non confessorem? Respon. quod sic sine dubio. Quia iam talis sacerdos secularis habet talem licentiam ab Episcopo, ut

confiteatur cuicunq; voluerit. Sed tamen de hac re post Concilium Tridentinum, dic si-  
cet babes supra in fine quæst. 150.

**155.** D E secularibus nihil prorsus est in iure:  
**Itinerariis** sed de vagabudis (modauientos) qui semper  
& perigrin- ambulant, dico qd tales qui nullibi habitant,  
norum qd confiteantur cuiuslibet confessori: quia nō sit  
sit proprii' maior ratio de uno quā de alio. De alijs qui  
confessor. quaerunt sibi domicilium & non dpm statue-  
vuno vbi pedem figant, idem est iudicium, si-  
cuit de vagabudis. Nec quātū ad hoc opor-  
tet rescipere vbi hospitetur: nō enim tenet  
tur cōfiteri parocho illius parochię. De pere-  
grinis verò qui vniūt ab alijs locis, vt viato-  
res, & mercatores, &c. Dicendum, qd si habent  
expressā licentiā peregrinādi a suo proprio  
sacerdote (sicut aliquādo fuit consuetū) iam  
possunt eligere sibi quēcunq; confessore ex  
licētia interpretiuā p̄prij sacerdotis. Sed  
si non habent licentiam, vt mercatores qui  
habent alicubi habitationē animo manendi,  
quinq; vel. 6. mensibus, dico quod debent  
confiteri proprio sacerdoti, ad cuius paro-  
chiā pertinet domus quam inhabitat. De vi-  
toribus autē, & peregrinantibus sine licen-  
tia suorū sacerdotiū ordinariorū, dico, quod  
debent confiteri in Ecclesia cathedrali. & nō  
possunt eligere confessore ad libitum, si non  
habent aliam auctoritatēm, aut facultatē.  
Reliqua vide apud summistas.

156.

**Q**UÆRITVR, utrum in articulo mor-  
tis quilibet possit absoluere qualibet sacerdo-  
te? Respon. quod si proprius sacerdos sit ibi  
vel possit facile haberi, non potest nisi ab eo  
ab solui, capiendo largè propriū sacerdotem.  
Sed si proprius sacerdos nō sit p̄sens, qui-  
libet potest absoluere. Hoc habetur expre-  
sē. c. eos. de sententia. ex cōmuni. lib. 6. Et ex  
trā de furtis. c. iures. Et de officio ordina-  
rij. c. pastoralis. Et ita tenet omnes cōmuni-  
ger. Pater etiā ex vniuersali cōsuetudine Ec-  
clesie. Quando enim Papa, vel Episcopus re-  
feruat aliquē casum, semper dicit, nisi in ar-  
ticulo mortis: ubi etiā possunt absoluere, nō so-  
lum a peccatis, sed etiā a censuris. Ut rū au-  
tem sit de iure diuino, q̄ in tali casu possit  
quilibet quemlibet absoluere, parū interest.  
Palu. 4. d. 20. q. 1. ar. 2. ad. 1. dicit q̄ est de iure  
diuino. Maio. quod de iure positivo. Capre.  
d. 19. q. vñica, & Durādus, dicunt cū Palude,  
& quod Papa nō potest hoc impēdire. Pro-  
habile est utrumq; probabilius tamen puto,  
quod est de iure positivo.

157.

**Q**UÆRITVR, an cōfessio informis (id  
est in qua propter aliquid impedimentum  
non confertur gratia) cōncreta, & sit validā: &  
per consequens non iterāda? Est questio ar-  
dua, & de qua plurimum nostra interest, tra-  
staturq; a doctoribus. 4. d. 17. & ibi a S. Th.  
q. 3. & in additionib. q. 9. ar. 1. Resp. quod de

hoc sunt duæ opiniones extreæ, & vna me-  
 dia. Opimo prima est Majo. 4. dilt. 17. q. 3. n. 8.  
 q. 9. dicentis, quod omnis confessio informis  
 est iteranda, vel si non fuit integra, vel si habuit  
 defectum contritionis. Secunda opinio extrema  
 est Bernardi de Ganaco in impugnationib.  
 Gotfredi quodlibeto. 5. q. 14. ibi ait, quod si  
 confessio fuit integra & ex quocunq; defec-  
 tu non detur gratia, non est iteranda, sed erit  
 valida, & verum sacramentum: etiam si placeat  
 peccata preterita, & proponat amplius pec-  
 re: quia ibi est materia & forma. Alia est opi-  
 nio media verisimilior, quam tenet Capre. d.  
 17. q. 2. & Calet. in q. quam de hoc facit & in  
 summa. Oportet igitur hic vitate duos erro-  
 res extremos. Primus, nulla confessio infor-  
 mis est iteranda est error intolerabilis. Secun-  
 das omnis confessio informis est iteranda.  
 Nam si hoc esset verum cum homo non possit  
 esse certus, an confessio sit integra, oportet  
 in infinitum confiteri: & nulla est tranquillitas.  
 Cum igitur aliqua confessio informis sit ite-  
 randa, & aliqua non: ad querendū quae sit va-  
 lida, & quae non, non est attendendū, an sit infor-  
 mis vel non: sed debemus respicere ad cau-  
 sas informitatis. Item notandum, quod causa  
 informitatis tenet le ex parte pœnitentis,  
 supposito, quod sacerdos sit legitimus. Duo  
 autem sunt actus pœnitentis ante absolutio-  
 nem, scilicet, contritio & confessio, & ex his  
 duo-

duobus debet prouenire informitas. Si ergo  
 sit informis quia ex intentione non est inte-  
 græ, confessio non est valida, sed est iteranda;  
 & in hoc omnes conueniunt. Et ita firmans  
 de tenendum est. Sic enim diffinitur in cocili.  
 Flor. sub Euge. 4. ubi sibi habetur. Oris cofes-  
 sio ad quā pertinet, ut peccator omnia pec-  
 cata sua quorū memoriam habet, suo sacer-  
 doti cōfiteatur? Præterea in Cōc. Trid. Seis.  
 14. c. 5. idem dicitur, & item in Cano. 7. Cuius  
 verba sunt. Si quis dixerit in sacramēto pœ-  
 nitentiae ad remissionem peccatoru necessaria-  
 rum non esse iure diuino confiteri omnia, &  
 singula peccata mortalia, quorum memoria  
 cum debita & diligēti p̄medicatione habeat  
 tur, etiam occultā, & quæ sunt contra duo  
 ultima decalogi præcepta, & circumstantias  
 quæ peccati speciem mutant &c. anathema  
 sit. Et iterum ibidem Cano. 8. confirmatur  
 hoc ipsum. Si vero sit informis ex defectu  
 contritionis, si quidem nullum dolorem ha-  
 bet nec aduertit, dico quod talis confessio est  
 nulla, proinde iteranda. Quia est invalida, ne  
 propter defectum contritionis, sed quia no  
 est vera confessio. Nācum confessio sit pars  
 sacramenti pœnitentiaz, & pœnitentia dicat  
 defensionem, oportet quod ipsa confessio  
 sit defensio, & quia talis solū recitat pec-  
 cata sua alteri, non confitetur, sed simulat se  
 confiteri, & nouū peccatū incurrit. Si vero  
 habet

habeat dolorem, sed tamē imperfectum: & ille percipit se non habere sufficientē dolorē, vel non percipit. Si pœnitens non percipiatur, dico quod talis confessio est valida, ac proinde non iteranda. Et hoc est notandum ad rollendos scrupulos. Si autē percipiatur in perfectionem doloris, vel aduertit esse peccatum confiteri cum illa imperfectione doloris, vel non. Si secundum, talis confessio est valida, quia integra ex intentione. Si vero aduertat esse peccatum sic confiteri, & confiteatur imperfectionem illam doloris; etiā talis confessio est valida: quia est integra & vera. Si autem percipiens se non habere perfectum dolorem, & intelligens illud esse peccatum & fictionem, non confiteatur de illo, dico quod talis confessio est invalida & iteranda: quia est dimidiata ex intentione.

S E D

vtrum sacerdos debeat absoluere  
An dolens eum qui imperfecte dolet, & confitetur illā  
imperfeſ. insufficiētiā doloris? Et videtur quod sic,  
et sit ab- quia talis confessio est valida & non iteranda  
soluend⁹ secundum S. Tho. & Caiet. & omnes. si au-  
tentis non absoluatur est iteranda, ergo. Re-  
ſpondeo quod sacerdos nullo modo debet  
talem absoluere: patet manifeste, quia esset  
fictio in absolutione, quia ibi non remittuntur  
peccata; & tamen sacerdos dicit, ego re-  
mitto tibi peccata. Itē talis sacerdos absolvit  
auctoritate Dei, sed De' non absoluit, ergo  
nec

nec ille debet absoluere. Itē qui scit imperfectionē doloris sui, peccat peccato sacrilegij petendo absolutionē, ergo in multò magis sacerdos absoluens. Sed contrā, quia sic confitentur omnes, qd non habēt dolorē sufficiētem. Resp. quōd ita confitentur propter suspicionem, quam habent. Si autem scirem me imperfēctē dolere, nec deberem petere absolutionē, nec sacerdos deberet absolvēre. Confessio autem qua secundūm S. Tho. est valida & non iteranda, est quādō nō percipit imperfectionē doloris, & absolvitur, vel quando de facto absolvitur à sacerdote sciente imperfectionē doloris eius.

Q V Æ R L T V R, vtrum oporteat quod confessio sit integrā? Resp. ex sententia omnium, quod sic, aliás est inualida, sacrilega, & iteranda. Probat S. Tho. quia sacramentum pénitentiae est quēdā medicina cōtra mortuum: at medicus non potest cōueniēter ad mouere mediciam, nisi intelligat totū statū infirmi. Si enim habet dolorem splenis, & icoris, & medicus intelligat primum solum, poterit applicare medicinas quae noceāt iecori. Et idem de medicina spirituali confessionis, &c. Itē probatur ex usus Ecclesiæ, nul p cuim sacerdos audiret dimidia peccata. Itē quia sacerdos absolvit auctoritate Dei, Deus autem non absolvit ab uno, & non ab alio (impium enim est à Deo sperare dimidiām

119.  
Confessio  
an integra  
esse debe-  
at.

veniam) ergo. Item confessio dimidiata est contraria formâ absolutionis, quia dicitur, ego te absoluo ab omnibus peccatis tuis; ergo. Itē Augustinus dicit quod est hypocrita qui nō cōfiteretur omnia peccata ergo. Hęc cōclu sio est inuiolata, & quę ab omnibus penitetur.

160.

**Confessio ex negligētia dimidiata an sit reiterāda.**

SE D quid si cōfessio sit dimidiata ex negligētia quia non fecit sufficiētem indagationem? Respon. quod si ex industria fuerit negligens, vel si ita contemnat, ut quasi ex industria nolit examinari sicut qui per vñ annum integrum nō est confessus, & accedit ad confessionem sine aliqua examinatione, volens quidem quod omnia vñvirent ad eius memoriam: talis confessio est nulla, ac proinde iteranda. Si verò omiserit aliquod peccatum, putans se fecisse sufficiētem indagationem, etiam si illa ignorantia sit culpabilis mortaliter, confessio est valida, & non iteranda.

161.

**Examina-  
tio cōsciē-  
tiae ad cō-  
fessionē.  
quanta di-  
ligentia fa-  
cienda.**

QVÆR I T V R, quę diligentia requiri-  
tur ad examinandā conscientiā? Reip. q̄raro  
cōtinget, q̄ velit quis examinare cōscientiā  
suam, & puret se fecisse sufficientē diligentia  
qui fecerit diligentia. Quando est mīhi pro-  
babile, q̄ satis est quod taci: obliuio peccati  
non erit culpabilis, mortaliter salte. Reip. q̄  
præceptum de examinatione cōscientiæ est  
idem quod dō cōfessione; & de integrē cōfi-  
tēdo: & quianemo integrē cōfiteretur si nō  
exa-

examinaret se, tenetur examinare; & non exa-  
 minans, peccat contra praeceptum confessionis.  
 Et cum non sit peculiare praeceptu de exami-  
 natione, videtur quod non tantum tenetur  
 ad illam, sicut si tuus et particularis est precep-  
 tum: maior enim diligentia requiritur circa his-  
 ne, quam circa medium. Satis est ergo quod fa-  
 cias diligentiam moralis, sicut nec teneas scri-  
 bere peccata, ut recordet eorum, autem par-  
 ticulari preceptu teneretur recordari pecca-  
 torum, teneat etiam scribere. Dico igitur, q[uod]  
 postquam quis voluit adhibere diligentiam, &  
 fecit aliquale examinationem, quā putauit suf-  
 ficiente: credo q[uod] raro talis comittere negligētiam. Dico præterea, q[uod] quādo ego puto,  
 q[uod] per paruam silentiam vltiorem ueniā in  
 cognitionē peccatorum præteriorū, si non  
 fecero illam, non erit sufficiens examinationis.  
 Sufficit autem taliter examinare, quod etiam si  
 amplius examinassē per aliquod aliud tem-  
 pus, non recordaret aliorum. Et hæc sufficit.  
 Credo q[uod] viri qui habent animæ suæ curam,  
 nunquā deficiunt in examinatione conscientię  
 suę. Ex hac conclusione qua diximus q[uod] con-  
 fessio non integra ex negligētia examinationis,  
 non est valida sequitur q[uod] confessor non  
 debet audire eū qui non fecerit examinationem,  
 maxime si sit de amero certus qui non consite-  
 tur nisi semel, aut bis in anno. Satis est tamen  
 q[uod] adhibuerit aliquá diligentiam, nec eū qui di-  
 -noscit

cit se aliquā fetisse debet cōfessor repellere.

**162.** **R**efrigerat<sup>ur</sup> casus ha- bens an di- confessio nes. **Q**VĀ R-I T V-R , qui habet peccata re- feruata, & etiā non referuata, quomodo po- terit confiteri maximē si superior nolit audi- te, nisi referuata? De hoc casu fuit multa cō- midiabit dimissis , dico quo si iudex superior & infe- rior sint præsentes, inferior nō potest absol- uere à non referuatis: nisi prius petatur fa- cultas absoluēdi à referuatis. **Q**ui integri- tas cōfessionis est de iure diuino. Cūm ergo ille pœnitentia habeat copiā confessoris , cui potest integrē confiteri, non potest inferior dividere absolutionem. **S**ed superior audiat omnia peccata, veldet facultatē absoluendi à referuatis. **H**oc Adria.q.4.de confessione. **E**t Durād.4.d.17.q.15.contra Caiet. **E**t si su- perior solum absoluat à referuatis, talis abso- lutiō non est sacramētalis, sed solum à censu- ris, & datur facultas inferiori ut absoluat ab omnib<sup>us</sup> peccatis. **S**i autē superior absens sit, & non pateat facilis aditus ad eum, & instet tēpus celebrādi, inferior absoluat à nō refer- uatis, & pro reliquis expectet absolutionem superioris: nisi illis sit annexa aliqua excom- muniicatio referuata: vē in casibus Bullæ de cœna Dñi tūc enim nō debet absoluī à non referuatis. **E**t hoc est cōtra Adria & Durād. **E**t in hoc casu intelligo. D.Th. loqui in addi- tionibus.q.9.art.2.ad.4. **S**ed quid faciēdum

quādo superior non vult committere facultatem absoluendi a referuatis; & non expedit confiteri eidem? utrū inferior possit tūc absoluere a referuatis? Resp. ut iam supradictū est, quod in quocunq; casu potest quis licet non confiteri superiori, & licet accedere ad sacramentum Eucharistie, si superior nolit committere facultatem absoluendi: nihil minus inferior nō potest absoluere a re itruatis. Pénitentiam poterit accedere ad Eucharistiam ita bene, ac si esset decies absolutus. Quia in tali casu est ceusendus non habere copiam confessoris. Tamen habita opportunitate tenetur confiteri de illo peccato. Videat tamē pénitens, ut iam diximus, quod habeat sufficientem causam non confitendi proprio sacerdoti.

**Q**UÆ RITV R, utrū per confessionem nō integrā, vel aliās informem satisfiat precepto confessionis? Dñs ad. 4. d. 17. q. 14. &c. 15. dicit duo. Primum, in quocunq; casu confessio non est iteranda, adimpletur preceptum de confessione. Quia Ecclesia non obligat ad faciendum opéra in gratia, sed ad substantiā actus. Et de hoc nemo dubitat. Secundum, in quocunque casu confessio non sit válida, non adimpletur preceptum de confessione. Patet in dicto capit. omnis utriusque sexus, debet confiteri omnina peccata, & pénitentia imposta &c. Clarum est, quod si nou-

163.  
An impleatur præceptum Ecclesie de confessione per confessio nem informem, aq; non integrā.

impletur præceptum, confessor non debet imponere pœnitentiam, nec pœnitens tenetur acceptare, quia non est ibi sacramétum. Sed dubia est mihi hæc propositio; cum Ecclesia, vel non posset obligare, vel non obligeat ad actum interiorem: & iste confiteatur omnia peccata sua, etiam si non habeat dolorem, si confiteatur hoc ipsum quod non habet dolorem, siue absoluatur, sine nō credo quod satisfacit præcepto Ecclesie: ergo certe non damnarem talem.

164.

**Cofessio  
dimidiata  
in necessi  
tate vali  
da.**

QVÆRITVR, an confessio dimidiata in necessitate sit valida? Verbi gratia. Percussus est aliquis lethaliter, & habet centum peccata, incipit considerari, & postquam dixit decé, moritur, vel impeditur; an talis possit absolvi? Certe dubitari posset, sed probabilius putò, & magis plium quod sic confessio rationabilis & valida. Si enim datus confessio dimidiatas propter oblivionem, vel propter casum reservatum: quare non dabimus etiam propter impotentiam istius? proderit ergo illa confessio & ex attrito faciet contritum.

165.

**Peccata nō  
confessa, an  
remittantur  
in con  
fessione.**

QVÆRITVR, utrum virtute absolutonis remittatur peccata etiā nō confessa in particulari? Resp. quod sic omnib[us] cædere ratione, si ex opere operato habet absolutio remittere peccata, nō est dubium, quin remittatur isti, quia confitetur modo quo potest; sicut de peccato dubio de quo confiteor cum du-

dubitacione, remittitur mihi, esto illud fecerim. Et confirmatur, quia alias frustra esset confessio in generali; accuso me de alijs quorum memoriam non habeo, cuius cottarum habet communis vius piorum hominum.

**Q VÆR I T V R**, utrum liceat in confessionib[us] generalibus de peccatis alias confessis, dimidiat confessionem, & dimittere aliquod turpe, dicendo reliqua? Videtur quidem quod non, quia integritas confessionis est de iure diuino, ergo non licet celare aliquod peccatum. Resp: quod non licet celare aliquod peccatum mortale: & si celatur non est confessio, sed fictio circum materia principalem sacramentum. Non est dubium quoniam quis velit generaliter confessari, & dicat sacerdoti quod vult generaliter confessari de omnibus peccatis suis, si celiat aliquod, peccatum mortaliter, quia est fictio manifesta circa principalem materiam sacramenti, & metitur perniciose, & decipit confessorem. Dico tamen quod penitens potest ex peccatis iam confessis eligere aliqua, quae confitentur, aliquibus pretermisssis, si non decipiatur confessore, dicens illa esse peccata totius virtutis suæ. Nec ad confessionem generalem requiriatur tanta conscientia examinatio: & consequenter potest fieri per plures dicas ut scilicet hoc dic confessant quoniam peccata, tras lex &c.

**Q VÆR I T V R**, utrum ex defectu satisfactionis, para quia non impleui penitentiam mihi

166.

An in confessionib[us] generalibus liceat dimidiat confessionem de peccatis confessis.

167.

An qui non impletus

pœnitentiā mihi intiunctā à confessore, sic iteranda con-  
teneat ire. Multi summist̄ tenent quod est ito-  
randa, inter quos Sylvest̄, verbo, confessio-  
nem.

1. q. 3. Quia quomodo imponet pœnitentiā oblitam, vel neglectam, qui non audierit de  
novo peccatum. Sylvest̄ allegat Ricard. pro  
sa; quē nō vidi nūc. Allegat etiā Palud. sed po-  
tius videtur tenere oppositū. Resp. rigitur ad  
quæstionē sine quocunq; dubio & scrupulo  
absolute, q̄ talis cōfessio nō est iteranda pro-  
pter pœnitentiā oblitā; vel ex malitia negle-  
cta. Patet, quia cōfessio p̄cedens fuit iusta  
lida, & per cōsequens fuerit remissa pecca-  
ta: ergo quicquid postea sequatur, non effi-  
ciet eā innādā, ac iterandā. Et ita tenet Ma-  
lio. 4 d. 17. q. 6. dubio ultimo. Dicemus tamen  
aliquid de hoc in materia de satisfactione.

368.  
An qui cō-  
fittur sa-  
cerdoti ig-  
norāti sa-  
tis faciat  
p̄cepto.

Q V E R I T V R, utrum si aliquis confi-  
teatur sacerdoti ignorantī, quod sit peccatum  
mortale (sunt enim aliqui in mundo) teneat ut  
iterare confessionem? Resp. primo, quod si  
penitentē est doctus quantum ad hoc, quod  
scit quale sit mortale, & quale veniale; parū  
refert qualis sit confessor doctus, scilicet, an  
indocitus, nec tenetur iterare confessionem.  
Verū est tamē quod si cognosceret cōfesso-  
rem nescire discernere inter peccatum & pec-  
catū, debet illū instruere, dicens, hoc non est  
mortale, hoc sic: alias cōfessio non esset vali-  
da. Nam si ego dicere m̄, ego occidi hominē,  
sed

sed bene feci, quia ille occiderat patrem meum non esse confessio. Sic quoque confessio non est quando confessor audiens non intelligit esse peccatum mortale. Si vero tam penitens, quam confessor ignorant, si ista ignoratio sit circa ea quae communiter ignorantur, talis non impedit nulli enim contingit inter omnia peccata seire de quolibet, an sit mortale, vel non. Si autem ignoratio sit tanta quod sit eorum quae a paucis ignoratur (ut quod iumentum falsum, vel quod vindicare se de iniuria accepta non sicut peccata) crederet profecto quod teneretur iterare confessionem. Quia confessor non intelligit peccata illius, ergo ille non constitetur. Nam quomodo imponet penitentiam, aut quomodo absolvet eum? Et haec est communis opinio. Non operatur tamen formare nouos scrupulos, nam raro contingit talis sacerdos confessor. Satis est enim quod confessor sciat communia; si dicet homicidium, furtum &c. esse peccata, & quod sciat dubitate.

S E D queritur, an si confessor alioquin sapiens, non aduertat ad peccata penitentis, confessio sit valida? Respondeo, quod sine dubio ex quacumque causa confessor non aduertat peccata penitentis, confessio est iterada. Sed tamen penitens potest ignorare invincibiliter an confessor audierit, vel non. Si tamen constaret aliquo pacto, quod confessor, vel non audiuerit,

394  
Confessio  
non adue-  
ttere ad pe-  
nitentem pec-  
cata, an ite-  
rada sit co-  
fessio.

vel non intellexit peccata, omnino tenetur iterare confessionem, quia prior fuit nulla.

770. **P**ecccata se  
mel cōfes-  
sa, an pos.  
**Q**. V. **Æ** R. I. **V**. R. **c**onfessat cōfiteri pecca-  
ta sibi confessi, & si frat̄z an cōfessio tecum  
dabit iacramentum? **R**. **c**ip. quod de hoc sunt  
sum iterū op̄iones. **S**ed. 4. d. 18. ad primum dicit, q̄  
cōfiteri. **T**h̄t, hoc est quod ita cōfessio cōfiteat, &  
meritoria; sed tamē ibi non est iacramentum,  
aut aliqua virtus elatum, quia nō potest ex-  
dom formata replicari super eandē materiam;  
impossibile est enim ut eadem forma infor-  
met plures cōdē materiā. Item iudicium se-  
meltitē factū, non potest infringi; ergo nō  
debet iterari (como se puede de pleytear una  
sunt eccl̄ia en grado de remista ce firmada?) **C**ō-  
trarium tenet **S.** **I**ho. **B**onavent. **M**. **a** fil. **G**a-  
**bri.** **Alex.** & **Mario.** & omnes quos mīlēcenti-  
git videre; **L**et probatur, peccata oblitera sunt  
absoluta sacramentaliter, & tamē cū veniant  
ad memoriam sunt necessariō confitēda; & de-  
bet homo ab illis absolvī; ergo nō incōuenit  
quod quis absolutur bis ab eodē peccato.  
**N**ota igitur pro hac opinione, quod pot-  
estas elatum data est Ecclesiae ad remissionē  
peccatorū, non solum ad remissiōnē culpa,  
sed etiā ad remissiōnē pœnae. Cum ergo illa  
potestas maneat in Ecclesia post prima ablo-  
cationem; & remaneat etiam reatus pœna in  
eo qui iam est cōfessus, sequitur quod secun-  
da cōfessio valbit ad remissiōnē peccatorū

& pœnæ. Maximū argumentū pro hac parte est, si factudo bonoru, qui lepē cōfiteretur eadē peccata. Et ad argumētum Scoti, nego quod eadē forma non possit replicari super eandem matēriam: nam cum eadem aqua possunt baptizare centū. Item illo dato, peccata sunt materia remota, sed peccata cōfessa sunt materia proxima: vnde si in eadē confessione abſoluere etur bis, abſolutio secunda nihil omnino valeret. Sed in pluribus confessionibus, quare non erit valida?

Q V A R T U R, an possit aliquis confiteri absenti sacerdoti per nūcium, putā quia est in carcere, & non datur aditus iacerdoti? Resp. quod nullus tenetur isto modo confiteri. Quia forū confessionis debet esse secretū, & ne minim tentat homo reuclare peccata, nisi sacerdoti. Secundō dico (licet Psal. videatur dicere contrariū, q. d. 17. q. 2.) quod non est licitū hoc modo confessari, nec talis cōfessio, si fiat, potest esse sacramentalis, nec sacerdos potest tale abſoluere, nec est rationi cōforme. Quia cōfessio debet esse forū iecretissimū: nam licet nō sit de essentia confessionis quod sit iecta, tamē quia sacramenta non sunt cōtra legē natura, secundū quā non licet publicare peccata, idcirco cōfessio fit secreta, & nō ratione clauiū. Ratio igitur quare talis non potest abſolui est, quia re vera non cōfiteretur: cōfiteretur quidē internuncio: internuncio tamē

176  
Cōfiteri  
per nūcium  
ad sit licet  
sum.

non confitetur, sed est testis. In foro contumacioso sufficeret illud, quia non posset retrahari, & si retractaretur, non crederetur. In confessione vero, sic quia semper manet libertas ad confitendum: quando enim nuncius loquitur sacerdoti, potest penitentia se retractare, ac proinde non potest absoluiri: nec confitenti modo praedicto. Non dubito de hoc.

172.

**Confessio**  
an fess  
possit per  
interpret

**VIII.**

autem

QVÆRITVR, an per interpretationem possit quis confessio sacerdoti presenti. Resp. primum sicut ad dubium procedens, quod homo non tenetur sic confiteri. Quia non tenetur prodere peccata sua, in tali autem casu manifestat ea interpreti, ergo non tenetur. Secundum dico quod potest licite eo modo confiteri. Sed contra, quoniam talis non confitetur sacerdoti: sicuti dicebamus de eo qui confitetur per inter nunciū, ergo talis confessio non est valida. Resp. quod est dissensio clara. Quia quando inter nuncius refert peccata sacerdoti, penitentia se habet mere negatiue, & non est presentis. Per interpretationem autem signo & nutu actua littera ostendit penitentia, quod ipse dicat sacerdoti, quod interpretus dicit: & sic est verum sacramentum. Et interpretus omnino tenetur occultare peccata, quæ audiuit.

173.

**Confiteri**  
per scriptu  
ram, anli-  
citat.

QVÆRITVR, an aliquis possit confiteri per scripturam, maxime quando non potest voce? Palude. 4. distim. 17. quia St. 2. & Maio. 4. dist. 27. quæ illi. 1. dicunt quod si sacerdos

Qos sit præsens, qui non potest voce, tenetur  
 sibi eo confiteri. Sed dico cum Caieta. Scot.  
 & Ricard. quod talis non tenetur sic confite-  
 ri. Quia nemo tenetur prodere peccata sua  
 extra confessionem, talis autem proderet pec-  
 cata: quia ex natura rei scriptura manet trâ-  
 fata confessione, ergo non tenetur: præcepta  
 enim Christi debent esse suavia. Sed utrum  
 possit confiteri icripto dubium videtur. Nā  
 scriptura & nūcias in hoc conueniunt, quod  
 scriptura non est confessio, quanvis posset  
 quid dat scriptum amovere, quod confiterut  
 illa peccata scripta, & iam videtur quod esset  
 idem iudicium, sicut de confessione per inter-  
 pretem, quæ est vera confessio. Et tandem  
 ita credo & teneo quod licet tunc sit icripto, si  
 signis annuat quod contetur illa. Sine necessita-  
 te verò à potestate loqui non recipetur talis  
 confessio. Quia inter signa voces obtinerunt  
 principatum, & magna irreuerentia esset co-  
 fiteri icripto. Muti autem, si possunt confiteri  
 nutibus, non manifestando alijs peccata, tenet  
 confiteri Caieta. in summa, ponit modum  
 quo tales possent confiteri, scilicet, ut pecca-  
 ta se iubatur in una charta, & in alia numerus  
 peccatorum, &c. Sed credo quod non tene-  
 tur illo modo confiteri meo iudicio.

Q V E R I T V R , utrum quis teneatur  
 eo modo confiteri in unius peccatorum  
 quo reuelentur consolentes? Verbi gratia co-  
 concessio.

neq; interrogat  
 p[er] m[odum] n[on] c[on]fessio  
 q[uod] y[et] n[on] f[ac]t[us] d[omi]n[u]s  
 M[od]estus n[on] e[st] p[ro]p[ri]e  
 occipit h[ab]et, q[uod] d[icit]ur  
 Malocet coles  
 confessio

174.  
 Confiteri  
 peccatis au-  
 possimus  
 tencare i-  
 concessio.

mis̄ incestū cum matre, curar<sup>r</sup> cognoscit me & matrē meā, an teneat confiteri illam circū stantia, quę quidē non potest dici sine reuelatione personę consortis in crimen? Resp. ex sententia omniū, q̄ talis tenetur querere aliū confessore, qui non cognoscat matrem, quia multum noceret matrimonialis cōfessio: ac proinde nimis cauere debet p̄nitētes, ne in cōfessionibus aliorū peccata detegāt. Si vero inō inneniatur confessor ignorāst alē personām, dico, quanvis aliqui voluerūt dicere q̄ tunc non tenetur dicere illam circumstatiām personaz ex sententia S. Tho. Bonauē. in 4 d. 21. & Gabrie. 4. d. 17. q. 1. conclusione. s. q̄ talis tenetur confiteri circumstatiām illam, & homines aliás circumstatiās necessariās, csto cōfessor veniat in notitiā tertie personz. Quia praeceptū de cōfessione est maius, quam praeceptū de seruāda fama alterius, & ego vtor iure meo: maximē quia nō diffamo confor-tem, cūm sacerdos teneatur peccatiū meū & sui atque celare. Imō Bonau. dicit, q̄ si sacerdos sit talis de quo estimatur q̄ non nocebit, sed p̄derit, p̄nitens possit ei dicere persona etiā si alias nesciret, vt adhibere remediū.

Q M U E R I T U R, quę circumstantiae sint

Circumstan̄ necessariō confitendz. Resp. q̄ triplices sunt tria p̄ces circumstatiās. Quedā inīnūntes peccata, alię que grauat peccata, alię vcrō que nec grauat, nec minūnt, quas quidē antiquo

vocant circumstantias: ut si peccatum noctu, vel  
in die, & propter ea istae dimittantur. Puis q̄ circum-  
stantiae sit tales sunt, q̄ faciant ex peccato  
mortali veniale, vel ex peccato, non peccatum,  
confitenda sunt necessariō, alias cōfici munda-  
ciam. Verbigratis, participare cū excōmu-  
nicato est mortale, si quis autē cum negligē-  
tia vcniali cōmunicet in diuinis: illa circumsta-  
tia ignoratię reddit peccatum veniale, & idēo  
est confitenda. Vd si rex excommunicatus  
metu mortis cōpelleret me celebrare corā  
eo, talis circumstātia videtur facere de pecca-  
to nō peccatum, & idēo est necessariō confe-  
nda. At si huiusmodi circumstantiae, quae non  
tantum excusant, quod faciant mortale ve-  
niale, vel peccatum non peccatum: ut egitate  
furari, passione mæchari, dicitur aliqui q̄ sibi  
sit melius quod non conteretur. Sed dicō  
q̄ si vere sint circumstantiae, quae minus excus-  
ant, debent confiteri. Quia vnu furtum p̄d  
test est in duplo peius quam aliud, & stupri  
ex libidine multo peius est, quam ex timore  
mortis. Tales igitur circumstantiae confitenda-  
sunt, nō ad excusanda peccata delicta, sed  
ad confitendum ea pure & nūndea.

S E D tota difficultas est de circumstantijs  
aggravatibns, quæ quidē sunt in duplicitate  
ferentia. Quædā enim mutat speciem: Ecce fur-  
ari, vel occidere in Ecclesia: fornicari: tu si cō-  
nec, vel fornicari in hodiaria: est duplicitas  
sunt

circumstan-  
tia p̄sca & p̄us  
lucencia  
sunt confite-  
ri subiecto  
mores facti  
sunt confite-  
ri

198.  
Quæ circu-  
lānt cō-  
fidentia.

sunt necessariò confitēdū? Respōdet S. Tho.  
4. dist. 17. & Bonaventu. Palude, Sylvestre,  
& est cōmuniſ ſentētia, q̄ illæ cīrcūſtantiaſ,  
quaꝝ mutant ſpeciem, ſunt neceſſariò conſi-  
tēdū. Quia peccatum habens illam cīrcūſtantiaſ,  
q̄ quiualet eſt duobus peccatis. Fur-  
tū enim per ſe eſt peccatum, & iniuria Ecclesiæ  
eſt etiam peccatum per ſe, & ideo fur tum in  
Ecclesiæ eſt quiualet duobus peccatis, & ob id  
eſt neceſſariò talis cīrcūſtantia conſitēdū.  
Item fornicatio eſt peccatum, & iniuria viri  
eſt peccatum, & ideo fornicatio cum uxorata  
eſt quiualet duobus peccatis, ac proinde talis  
cīrcūſtantia eſt neceſſariò conſitēdū. & ſic  
de ſimilibus. Item probatur, per illa peccata  
ſtagiūtur duo precepta Ecclesiæ: furtū enim  
in Ecclesiæ eſt primò contra præceptū de nō  
furando, & etiam contra præceptum cultus  
diuini, ergo cīrcūſtantiaſ iſtæ ſunt neceſſariò  
conſitēdū. Aliæ verò ſunt cīrcūſtantiaſ  
aggrauantes quidē, ſed non mutantes ſpecieſ  
& tales non ſunt neceſſariò confitēdū: quia  
aliās nunquam poſſet homo purē & integrē  
confiteri. Marsil. 4. d. 12. & Gabriel 4. dist. 17.  
& Maio. ibidem dicunt primò quod omnes  
cīrcūſtantiaſ mutantes ſpecieſ ſunt conſi-  
tēdū. Secundò dicūt, quod etiā ſunt confitēdū  
aliquæ non variates iſpecieſ, ſcilicet que faciunt  
maiorem malitiam mortaliter: tales inquit  
cīrcūſtantiaſ neceſſario ſunt conſitēdū. Quia  
aliam

aliás aliquādo cōtingeret, quod maior esset pars malitiae, quæ celatur, quam quæ manifestatur. Verbi gratia: ego semel consensum in homicidium, & continuaui consensum per diem integrum, si confiteor quod coniens semel in homicidium, & taceo tempus continuationis, nonne celarem maiorem partem gravitatis? Item furari decem est mortale, furari vero mille est eiusdem speciei cum primo furto sed nunquid sufficeret dicere, accusione quod furatus sum non nominando quantitatem? Ad hanc igitur questionem, dico quod ego non audetem condemnare eum qui confiteretur solas circumstantias mutatas speciem. Nam cum illud dicat S. Thom. & Bonaventura, vel est verum, vel ad minus qui sequitur illos excusatur ignoratio invincibili. Secundo dico, quod nemini consulendum, nec ego esse contentus illo modo confiteri, sed confiterer etiam illas circumstantias, quæ manifeste multiplicant malitiam mortalem. Sicut in exemplis positis de tempore continuationis, & de quantitate furti: quia aliás confessor non intelligeret totam maliciam confitentis. Placet etiam mihi quod Caec. dicit scilicet quod aliquæ circumstantiae mutant speciem, non sunt necessariae confitenda; quando gravis circumstantia est parua. Sicut diuinare per terram est alterius speciei, quæ diuinare per aquam, & tamen sufficit

quod dicat (accuso me que fui superstitio-  
so) vñq; ad peccatum mortale. Credo igitur ne  
cessarium confessari magnitudinem rei futatq;  
& continuationem in peccato.

177.  
**Confessor**  
an possit  
absoluere  
contra pro-  
priam opi-  
nionem.

Q V Æ R I T V R , utrum confessor possit  
pœnitentia ab soluere contra propriam opinio-  
nem? Verbi gratia, sit caelis de quo sunt duæ  
opiniones an sit viaturarius, vel non qui vedit  
frumentum ad certam diem, porro se lo pagat  
como valiere en Mayo. Quidam dicunt: quod est  
illicitum, & ego ita credo. Alij tamē dicunt quod  
non est illicitum. Sunt pro utraq; partem proba-  
bilitates, ego tamē sum opinans quod sit illicitum  
& pœnitentia tenet quod non est illicitum, & sic co-  
ficitur quod vendidit frumentum illo modo, & quod  
habet propositum ita deinceps faciendo, quia  
audiuit viros doctos dicentes quod id licet. Est  
dubium quid faciet hic confessio qui tenet illud  
esse mortale, nunquid poterit absoluere cum  
contra propriam opinionem? Sit aliud exem-  
plu, si iudex sequens opinionem S. Th. occidat  
hominem quem ipse certo licet innocentem, proba-  
tum tamen innocentem, & confessio sit opinionis  
Nicolay de Eyra, qui tenet id non licet: utrum  
possit absoluere iudicem volentem semper in  
illa opinione persistere? Est magna questio,  
& mouet eam Coradus celebris doctor, tracta-  
tu de contrariis, questione ultima. Et ante  
omnia questio haec habet locum, quando ambae  
opiniones sunt probabiles: nam si opinio  
pœni-

pœnitentis non habeat probabilitatem, non debet eum absoluere : quia eius signor antra non est invincibilis, sed vincibilis. Ut si ego teneo opinionem quod nemo potest possidere plura beneficia simul, si opposita opinio non sit probabilis, sicut fortan non est, claram est quod non debeo eum absoluere : quia prout enim esse in peccato mortali, & non excusat ne ignoratio invincibili. Sed quid faciet quando ambae opiniones sunt probabiles, & habent suos proprios assertores? Resp. quod sine sic eius proprius sacerdos, siue non, tenetur eum absoluere in tali casu. Ita tenet Palud. 4. d. 17. q. 2. art. 1. & Götfr. quodlibeto. 9. Probatus aperte, talis pœnitens est in gratia, & certe fort habet probabilitatem quod sit in gratia, quia scit esse probabilem eius opinionem, ergo non debet ei negare absolutionem.

QVÆ R I T V R , annumerus peccatorū  
sit necessariō confitēdus ? Resp . ex omnium  
sentētia , q̄ sic , licet multi cōfessores patē de  
hoc cūrent . Probatur , q̄ nilibet tenetur cōfi-  
teri omnia peccata sua : sed qui non cōfiteat  
numerū , non cōfiteatur omnia peccata sua ,  
ergo tenetur . cum cōfiteri : aliás effet fictio .  
Sed vtrū iste numerus sit determinatē dice-  
dus , p̄tā suratus sum decies , mīravi fabiū  
millies &c. Caiet . respōdet , quōd numerus  
peccatorū mīdo manifestari dēbet , vt sciat  
cōfessor à quo debet absoluerē , & qualitatē

178.  
Numeros  
peccatorū  
necessariō  
comitēdus.

pœnitentis: & quia ad hoc parum præsumit quod cōfessor sciat, an sint decem, vel vndecim, ideo non est exquiste numerus per quietem redus. Dicendum ergo primò, quod quicunque scuerit determinate certū numerum peccatorū suorū: ut si certò sciat quod peccauis decies, tenetur dicere determinate, se decies peccasse hoc peccato. Quia alias celaret aliquid peccatum & esse fictio: ut si diceret se fecisse aliquod peccatum nonies, & scit certò quod fecit decies. Secundò dicit Caiet. non esse necessariū magnā adhibere diligentiam ad cognoscendum distincte certum numerū peccatorū. Cogitat aliquis, & scit se falsum surasse multoties, semel in qualibet septima na, parum plus, vel minus: & si amplius pensaret & fatigaret se posset reperire certum numerum, dico quod illud non est necessariū. Nam dummodo parum plus, vel minus attingat numerū peccatorū, licet non determinatum, nihil impeditur eorum quæ sunt in cōfessione facienda. Non enim impeditur absolutionis, quia sufficit illa notitia. Nec pœnitentia, quia non est imponenda ad æqualitatem, cum sit arbitraria. Nec consilium &c. ergo nihil impeditur. Satis est igitur, quod quis pertingat numerū crassō modo, parū plus, vel minus. Præcepta enim Dei debent esse clara, is vero qui sepe solet peccare, non posset scire numerū determinatū. Tertiò dicit q̄ etiā ali-

quān-

quādo non est necesse adhibere diligentiam ad sciendū numerum, etia sic crassō modo. Verbi gratia: est meritrix quę fuit in lupanari de cemannis, nunc cōuetitetur & vult cōfiteri, satis est quod dicat peccata fornicationis, hoc modo, m̄nsi in lupanari per decē annos admittēs cūctos; nec oportet quod cogite quōt in hebdomada, mense, aut anno: Patet, quia per hoc cōfessor habet tātam notitiā quantā illa potest ei dare. Quid enim refertur q̄ illa dicat se peccasse trigesimā mille vices? Et cide de concubinario, qui h̄abet feminā per annū qualibet nocte, non est opus q̄ numeret vices: ne cexpedit illud dicere. Iē de illis qui frequētissime blasphemāt. Satis est q̄ dicant hāc esse suā consuetudinē: ne faciamus eos m̄ētiri. Et eodem modo de circumstātia magnitudinis rei surat̄, non est opus q̄ sciatur punctualiter. Non dubito de hoc.

QVÆRITVR, si quis cōfiteretur se peccasse decies, vel duodecies, non recordatur tamen tunc, nisi decē, & postea recordatur distincte alterius peccati, an teneatur illud cōfiteri in particulari? Respondō quod nō, si includitur in numero prius dicto. Quia si tunc quando cōfessus fuit meminisset illius, sufficeret dixisse, iurauī falsum duodecies parum plus vel minus. Si autem dixit, iurauī falsum decies, & postea sit memor iurauī quatuordecim, teneatur confiteri ea quę nō me-

merum prius dictum excedunt.

180.

**Q**UÆ R I T V R , an modus secretè confessi  
tendi soli sacerdoti, sit alienus ab institutio-  
ne & mādato Christi? R esp. negative, & ita  
firma fide tenēdum est, sic enim difinitur in  
Cōc. Tri. Ses. 14. de pœnitētia, Cano. 6. cui  
hæc sunt verba. Si quis dixerit modū secrētē  
confessiōdi soli sacerdoti, quē ecclesia catholica  
ab initio semper obseruauit & obseruat, alie-  
num esse ab institutione & mādato Christi,  
& inuentum esse h̄mianum, anathema sit.

181.

**Q**UÆ R I T V R , an absolūtio sacramē-  
talis sacerdotis sit actus verē & realiter iudi-  
cialis, hoc est, verē & realiter præstans & ef-  
ficiens realē absolutionē, vel non, sed dan-  
taxat declareret pœnitētē iam esse absolū-  
tum? Resp. firma fide tenēdum est quod sic  
actus verē & realiter judicialis, hoc est, verē  
& realiter præstans & efficiens absolutionē  
quantū est ex sc. Hoc patet, quia ita diffini-  
tur in Cōc. Trid. vbi supra, Can. 9. cuius ver-  
ba sunt. Si quis dixerit absolūtionē sacramē-  
talem faciōdotis non esse actum iudiciale, <sup>ad</sup>  
sed nudum ministeriū pronutiandi & decla-  
rati remissā esse peccata confitenti modo rā-  
tum credat se esse absolūtum, aut sacerdos  
non seriō, sed ioco absolūt, anathema sit.

**Q**UÆ R I T V R , deinde, an sacerdos pos-  
sit factam aliter absoluere pœnitētē, cu-  
ias cōfessionē non audiuit? R esp. negative.

Et

Et ita firma fide tenendum est, quoniam sic diffinitum est in Cano. 9. proximè allegato, his verbis. Si quis dixerit non requiri cōfessionem p̄cōnitentis, ut sacerdos cum absolue posse possit, anathema sit.

**QVÆ R I T V R**, vtrū sigillū confessio-  
nis sit necessariū? Resp. secundum oēs docto-  
res. 4. d. 21. quod sacerdos tenetur ad sigillū  
cōfessionis, ad celāda peccata, quæ in cōfes-  
sione audiuit sub p̄œna peccati mortalis. Pro-  
batur primò ratione naturali, quia faciem  
illi iniuriā. item, quia in cap. sacerdos, de p̄œ  
nitentijs. d. 6. prohibetur omnibus sacerdo-  
tibus reuelare paccata, & apponitur p̄œna  
grauissima oppositū facientibus, scilicet, ut  
omnibus diebus vitæ suæ ignominiosus pe-  
regrinando pergaat. Et sunt verba Gregorij.  
Idem habetur cap. omnis vtriusq; sexus, de  
p̄nitentijs & remissionib⁹, & dicitur quod  
qui nō celauerit, detrudatur in arctissimum  
monasteriū, ubi perpetuā faciat p̄cōnitētiā.  
Et quia si in hoc daretur aliqua exceptio, tol-  
lēretur cōfessio: nemo enim audet et confe-  
teri peccata gravia. Idcirco propter nullam  
bonu quodcunq; sit illud, licet sigillū cōfes-  
sionis trāgere: quia nullū potest esse æquale  
bonū, nec tam accessoriū, ut est confusio.

**SED** quid faciet cōfessor cū interrogatur  
de peccato q̄ anduit in cōfessione, an possit  
dicere se peccaverit. Recip. secundum omnes, q̄

**183.**  
**Cōfessio-**  
**ni- sigillū**  
**necessariū**

**184.**  
**Peccata in**  
**cōfessione**  
**ne audita**  
**sic**

**possumus** sic. **Sed quid si cogatur iurare.** Dico **quod por-**  
**iurare nos** test & debet iurare se nescire, quia intelligit  
**nescire.** **tut se nescire extra confessionem,** & sic ver-  
rum iurat. Sed fac quod iudex, vel p[re]latus  
ex malitia exigat a me iuramentum, an ieiunium  
in confessione? Resp. quod coactus iuret se  
nescire in confessione, quia intelligitur se ne-  
scire ad reuelandum, aut aliter quod possit  
dicere. **Sed contra si iuret se scire in confes-**  
**sione, iuraret verum, ergo cum iurat se ne-**  
**scire in confessione iurat falso:** quia sunt  
contradicториа? Resp. quod non sunt contradic托риа. Quia in illa negativa intelligitur co-  
dicio subintellecta, scilicet quod non scit tali  
modo quod possit illud dicere.

723.

Q V A R I T V R , si cōfessor ex ignorātia  
aboliuit aliquē, quē nō poterat à catu reser-  
vato, vel ab excommunicātione, vel si oblitus  
est cum absoluere , quomodo reparabitur  
defectus cōfessionis sine reuelatione? Nider  
in suo cōfessionario dicit, quōd in Cōcil. Cō-  
ditione si stant, vel Basil. fuit inter Patres hæc quæstio  
gall. tractata, & quōd tūc fuit varia sententia. Ego  
dico eum distinctione, quia vel cōfessor timet  
probabiliter scandalū reuocando pœnitenti-  
tē,, & quod conqueretur de reuelatione cō-  
fessionis: & in tali casu relinquēdus est: quia  
si habituit contritionem etat in gratia. Si au-  
tentī nō timetur quōd pœnitens dicet se nō  
fecisse tale peccatu, & quōd non conquerere

tur de reuelatione cōfessionis, dico sine quo  
cūq; scrupulo quod possum illum reuocare  
ad confessionem & absoluere. Sed contrā,  
quia obijcit peccatum extra confessionem.  
Resp: q̄ non facio ei iniuriā, si dicā, tu cōfes-  
sus es mihi alia die, redeamus ad cōfessionē,  
quia volo tibi dicere vnum verbū. quod ex-  
pedit tibi. Si nolit dimittatur. Si autem ac-  
quieuerit dicā ei, cōfitearis peccata in gene-  
tali, & si aliqua alia fecisti cōfiterē ea, quia fe-  
ci talem defectū in alia confessione. Et pro-  
bō quod hoc licet: quia ut infra dicemus,  
de pœnitētis licentia, licet reuelare peccata  
eī alteri, ergo multò melius sibi ipsi, vel for-  
maliter, vel interpretatiue, si dederit licen-  
tiā: ut si benevolē audiat me dicentem sibi,  
scias quod in confessione præterita fuit de-  
fectus quidā cōmissus, vis illū audire? Si di-  
xerit quod sic, sine quocunq; scrupulo dica-  
tur ei, scias q̄ eras excommunicatus, & ego  
nō potuisse absoluere &c. Palud. in fine. d. 21.  
Ampliorē concedit licentiā, dicens quod nō  
solum quādo fuit cōmissus defectus in con-  
fessione, sed etiam ratione correctionis frā-  
ternę possū secretō admonere illū de pecca-  
to semel cōfesso mihi. Sed credo certe, q̄ est  
falsum, omnino, & q̄ nullo modo licet.

**Q V Ä R I T V R**, an quando peccatum,  
quod in cōfessione audiui, est publicum, re-  
heat illud silere? Relpt. Caiet. in somnia quod

186:  
Peccatum  
publicum  
de

confessio. de tali peccato possū loqui post confessionē  
ne auditū, rōdē modo sicut ante: debet tamē procedere  
en posse. postea cautius, & nullo modo dicere q̄ suo  
missione  
lare. illud in confessione, quia reddere audientes  
cettiores. Sed quid si à cōfessore petat quis,  
an ille fuit confessus illud peccatum public-  
cur. Rēsp. confessor, confessus est, omnia pec-  
cata sua. Pōtest etiā dicere, aboli illus, quia  
per hoc nihil reuelo. Admonet tamē Caiet.  
boni esse quod quando peccata sunt publi-  
ca, petat facultatem cōfessoris à pōnitente ad  
Iōnē dom de eis ad bonum finē. Sed quid si  
miserarius iactet se, q̄ absolui illuscum non sit  
verū. Nam fidico q̄ sic, mētior. Si autē dico  
q̄ nō absoluī cum, reuelo cōfessionem. Di-  
cat confessor quid ad vos? ego feci officium  
meū. Sed quid faciet proprius sacerdos pe-  
tentiis Eucharistiā cōcubinā, vel usuratio,  
quos nō audiuit de cōfessione? Rēsp. q̄ non  
det illis. Sed quid si dicant cōfessi sumus tali  
fratri, & interrogat frater nō audet dicere  
q̄ nō absoluī, ne corum statum repulet, nec  
quod absoluī, ne mētiatur? Rēsp. absolute,  
quod si sint peccatores publici, debet eis Eu-  
charistiam negare. Quod si fuerint confessi  
cum proprio iacerdote & nō absoluī, & ni-  
hi lo minus petant Eucharistiam, dico etiam,  
quod debet eis negare, & si dixerint, iam tu  
absoluisti nos, dicat, ego nescio de hoc.

108.  
87.9  
Peccata in  
hoc

Q. V. A. R. I. T. V. R. vtrū de licentia pōni-  
ab ten-

tentis licet confessionem reuelare? Alexan. & Scotus. 4. d. 21. q. 2. 1. & Durandus ibidem dicunt quod non licet. Quia sigillum confessionis est de iure diuino, ergo pœnitens non potest dare licentiā. Itē quia esset scandalū. Sed respondeo absolute quod pœnitens potest dare licentiā, cōfessor tamē non potest accipere, aut reuelare confessionem in detrimentum pœnitentis, qui sibi talem facultatem dat.

Q V A E R I T V R , vtrū alia quæ in confessione sciuntur præter peccata cadat sub sigillo confessionis? Resp. quod sub sigillo arctissimo confessionis non cadunt nisi peccata pœnitentis, vel tertiaræ personæ: & solum huius sigilli fractio incurrat pœnas canonicas. Secundò dico, quod sub sigillo confessionis cadunt omnia alia, quæ expressè, vel interpretatione pœnitens tradit sub sigillo confessionis: ut si dicat accipiatis hoc sub sigillo, & qui hac reuelat, credo peccaret mortaliter propter detrimentum quod faceret sacramento, redderet enim confessionem fraudulosam. Non enim omnes intelligunt hanc differentiam sigilli maioris vel minoris. Ideo confessor sit cautus, vt taceat quia illa quæ sunt alicuius gravitatis. Alia vero quæ non sunt de necessitate confessionis, nec refert pœnitenti quod renuntiantur, non tenetur celare: sed tamē non dicat se in confessione audisse. Breuiter in hac parte, mas vale ser corto que largo.

confessio  
ne auditia  
reuelare  
possumus  
de pœnitē  
tis licētia.

183.  
sigillū cō-  
fessionis,  
an se extē-  
dat ad alia  
quam ad  
peccata.

**Q**VÆRITVR, an in comuni liceat reuelare peccata andita in confessione, taliter confessio andita, an in secretis in notitiam penitentis. Verbi gratia: si dicā quidam confessus est mihi semel hoc peccatum. Resp. quod hoc non est reuelare confessionem. Quia re vera multi viri sancti hoc fecerunt: maxime doctores qui ponunt causas, quos in confessione audierunt. Secundo dico, quod melius est hoc ratiō facere: Sequitur enim quandoq; scandala ex ipsis: ideo abstineant iacecdotes ab his narrationibus.

**Q**UÆRITVR, de illis qui committunt secrēta extra cōfessionē sub sigillo cōfessionis, an tale sit secretū confessionis? Resp. quod qui receperit tenetur seruare illud secretū plesquā diā. Quia ex pacto additur nouum vinculum, & per consequētē dico nō esse conuenies quod homines tēpe recipiant talia secreta. Secundo dico, quod illud non est sigillū confessionis, nec transiens illud incidit in pœnas canonis.

Quia ibi nulla iniuria fit sacramento, cum nullū fuerit sacramentū: licet si agatur fides. Notandum est cuā qd ea quæ dicuntur de sigillo confessionis, intelliguntur de quacunq; confessione, sive perfecta, sive nō, sive incepta, sive nō: & de omnibus illis quæ ordinātur ad confessionē, vel facultatē, ut ab illo absoluatur arcereatis, nō potest ille plus reuelare, quam si iam accepisset in confessione.

- E. V. D.

QVÆ-

QVÆRITVR, utrum confessio vocalis, quæ est in usu Ecclesie, sit instituta à Christo? Antiquitus quando erant tempora meliora non tantum hæc questio iactabatur: quia tempore pacis armato sunt in tanto prelio. & usu. Nunc verò quia iam sunt heretici, qui negent confessionem, propter peccata nostra, oportet quod simus ad hoc bellum armati. Idcirco queritur, an confessio sit de iure divino? Resp. ex sententia omnium doctorum quod sic. Patet Ecclesiæ claves sunt ad remittendam peccata, secundū illud Matt. 16. Tibi dabo claves regni cælorū, & quodcumq; solueris super terram &c. Sacerdotes autē habent has claves, & sunt iudices peccatorum, iudices verò non possunt iudicare nisi causam cognoscant, ergo alij tenebunt subdere se huic iudicio alijs tristria esset illa potestas: hæc autem subiectio sit per confessionem, ergo de iure divino tenetur confitiri. Item Jacob. 1. Confitemini alterutrum peccata vestra. Quod Augusti. Beda, & alij sancti, & Hugo de sancto Vistore. lib. 2. de sacramentis. per. 14. cap. intelligunt de præcepto confessionis. Item ( & hic est tota vis secundum Adriani & veritatem) Ioa. 20. quoru retinueritis, retenta sunt: id est quorū peccata non absoluenteritis, nō erunt absoluta ante Deum: ergo secundum euangelium debet confiteri & absoluiri in terra, ab his nō erunt absolutoria in

Confessio  
vocalis est  
a Christo  
instituta.

carlo. Hic est locus validissimus, & quod omnes  
 sancti hoc dicunt in coperto est. Vide Thon. à  
 Vualdésen. lib. de sacramentis, & Rossensem  
 colligentes dicta sanctorum opinionem. De hac con-  
 fessione necessariò sacerdoti facienda multa  
 egregia apud utrumque inuenies. Et cognosces  
 an expeditas Ecclesiæ columnas sequi poti-  
 quam nouos istos grammaticas. Opinor nemini  
 usq; adeò cœsū & insanū esse qui ob unius  
 Lutherianam etiam velut rato discrimini seipsum  
 exponere, quatenus ea' peccata que vel no-  
 uit, vel dubitat esse lethalia, sacerdoti non ape-  
 riat. Et maximè cum intelligat antiquissimos  
 simul crudelissimos, ac sanctissimos patres  
 tantam confessionis huius necessitatē esse dicen-  
 tes, ut quicunque mortaliter deliquerit, cum  
 oporteat, vel publicè, vel priuatim sacerdoti  
 sua peccata detegere. Nec facile crediderim  
 patres ipsos hanc usq; adeò duram prouinciam  
 nobis imposuisse, priusquam exploratissimum  
 habent hanc confessionem, aut ab apostolis in-  
 stitutam fuisse: ceu re cunctis peccatoribus ap-  
 primere necessariam, & quam conteneret non pos-  
 sent aliqui dispensatio salutis animarum. Expen-  
 dat igitur quisquis secundum, an tutius fuerit ho-  
 rum patrum simul & scripturarum assertione  
meratur inter septem sacramenta. Itē patet ex membris  
eis quæ superius adduximus cum de sacra-  
mētis in genere ageremus. q. 5. Et item quia in  
Cœc. Trid. Sels. 23. de sacramento ordinis. Ca-  
no. 3. sic dicitur. Si quis dixerit ordinem, sive sa-  
crā ordinationē nō esse verē & propriū sacra-  
mentū à Christo dñō institutu, vel esse figmē  
tum quoddā humanū, ex cogitatū à viris re-  
rum ecclesiasticarū imperitis, aut esse tātum  
ritū quendā eligendi ministros verbi Dci &  
sacramētorum, anathema sit Sed est dubium:  
utrum oēs ordines sunt sacramenta? Dicit ad.  
dicit, quod solum sacerdotium per quod datur  
potestas spiritualis est sacramentū. Alij autē  
ordines sunt quedam sacramentalia. Adducit  
adhoc multas rationes in. 4. d. 24. q. 2. quas  
ibi poteris videre. Contrarium tenent omnes  
doctores, videlicet, quod omnes ordines sunt  
verum sacramentum. Hoc assertit. S. Tho. Al-  
bertus Mag. Bonavent. Almain. Maio. Pal. &c.  
Et patet, quia quilibet ordo est sacerdotium,  
& in eo datur aliquid spiritualis: quia si  
alij ordines essent sacramentalia, darentur  
similicū sacerdotio. Sed ritus Ecclesie cl. in  
contrariu, immo multi recipiunt minores ordi-  
nēs.

nes nolētes viceri prōgredi, ergo. Ego, nisi  
 esset opinio tātorū doctoru in contrariū, mal  
 le tenere cū Dura. nescio enīn quid cogat  
 ponere quatuor ordines minores esse sacra  
 mentū. Nā quæ potestas est illa spiritualis in  
 acolytho, deferre cereos, & offere materiā  
 Subdiacono? Itē prima tōsura nec est sacra  
 mentū, nec propriè ordo: & in ostiario qui ha  
 bet aperire fores Ecclesię, &c. Sed tame quia  
 oēs oppositū tenent, nō auderē hoc tenere  
 Caiet. in. q. quā fecit de ritu ordinis, tenet cū  
 Durā. q̄ solū sacerdotiū est ordo, & sacramē  
 tū à Christo institutū, omnia vero alia sunt sa  
 cramentalia. Idem videtur dicere. 3. p. q. 6. 4.  
 ar. 3. 1. Dico igitur ad hanc quēstionē, q̄ tenē  
 da est cōmuniis opinio. Secūdō dico, q̄ opi  
 nio Durā. & Caiet. est probabilissima, scilicet  
 q̄ solū sacerdotiū est sacramentū, vel talēm  
 q̄ quatuor minores ordines nō sunt sacra  
 mentū. Hoc probatur, quia sacramentū est  
 de iure diuino, sed non omnes ordines sunt  
 de iure diuino, ergo. Probatur minor, nā. c.  
 à multis. de aetate & qualitate ordinandorū.  
 Innocentius vir doctissim⁹ allegās Urbanū  
 Papā dicit, Urbanus ait quod solū presbyte  
 ratus & diaconatus sunt sacri ordines, & q̄  
 illi solū leguntur faiss. in primitiua Ecclesia.  
 Et illa sententia Urbanī habetur. cap. nullus  
 dist. 60. & in dicto. c. à multis. dicit Innocen  
 tius tertius, subdiaconatus hodie inter la  
 crois

eros ordines computatur, ergo non anteā.  
 Item. i. Timoth. 3. & ad Titum. 1. Paulus de-  
 scribit mores Episcoporum & Diaconorū:  
 & nihil dicit de subdiaconis, nec de alijs mi-  
 noribus ordinibus. Fit tamen mentio de mi-  
 noribus ordinibus apud Dionysium cap. 3.  
 Ecclesiastice Hierarchijs, vbi etiam meminit  
 de ostiarijs. Et beat⁹ Ignati⁹ martyr epist. 8.  
 ad Antiochenos cū ducetur ad martyriū.  
 Saluto sanctum presbyterū vestrum, saluto  
 Diaconos, subdiaconos, acolythos, exorcis-  
 tas, &c. Et est determinatio concilij Laodi-  
 ca. 23. & Calced. c. 14. & Carthaginensis tertij,  
 cap. 16. & Carthaginensis quarti, cap. 6. & To-  
 letani primi, cap. 28. in omnibus his appro-  
 bantur minores ordines. Et in Epistola secū-  
 da beati Clementis, decretum Innocentij, &  
 decretum Zozimi, cap. 3. Sunt ergo mino-  
 res ordines ab antiquo in Ecclesia. Et sic est  
 probabile quod sunt de iure diuino, & per-  
 consequens sacramentum.

Q VÆ R I T V R, an in nouo testamento  
 sit sacerdotia visibile, & externum. Sitq; ali-  
 qua realis & vera potestas consecrandi verū  
 corpus & sanguinem dñi nostri Iesu Christi, &  
 peccata remittendi, & retinendi? Responde-  
 tur concilione affirmativa firma fide tenē-  
 da, ut diffinitur in Concilio Tridentino, Ses-  
 sio. 23. d. sacramento ordinis, C. n. 1. cuius ista  
 sunt verba. Si quis dixit non esse in nouo

227.

Ex statu sacerdotiū visibile & externum,  
 v. Inō esse pot. statem aliquādo cōsecrandi  
 & offerēdi verū corpus & lāguine dōmini,  
 & peccata remittendi & retinendi, sed offi-  
 ciū tantum & nundum ministerium prædicā  
 di euāgelium, veleos quinō prædicat pro-  
 fessus nō esse sacerdotes, anathema sit. Et ctiā  
 firma fide tenendum, quod præter sacerdo-  
 tium iā dictum iunt in Ecclesia catholica alij  
 ordines, & maiores & minores. Ita enim dis-  
 finitur vbi nunc supra Cano. 2. his verbis. Si  
 quis dixerit præter sacerdotiu nō esse in Ec-  
 clesia catholica alios ordines & maiores &  
 minores, per quos velut per gradus quoddā  
 in sacerdotium tendatur, anathema sit.

8:8.

Q V A R I T V R , an per sacram ordinati-  
 tione detur Spiritus sanctus & imprimatur  
 character indelebilis : ita ut nullo pacto pos-  
 sit fieri laicus, qui semel prius fuit sacerdos?  
 Resp. affirmatiue, & ita est firma fide tenen-  
 du. Sic enim diffinitur in Conc. Trid. vbi scilicet  
 pra Can. 4. vbi sic dicitur. Siquis dixerit p. r.  
 sacra ordinatiōne non dari spiritu sanctu,,  
 ac proinde frustra Episcopos dicere, accipe  
 spiritu sanctu, aut per eam nō imprimi cha-  
 racterem, veleum qui sacerdos semel fuit lai-  
 cum curius fieri possit, anathema sit.

229.  
 In sacra-  
 mento or-  
 ginis re-

quiratur aliquam materia? Resp. q. sic. Quia  
 omnia sacramenta constant ex verbis & ver-  
 bis,

bis, ut ait Augu. & Magist. Hæc est omnium quirientia sententia. Hoc patet ex diffinitis superius in materia de sacramentis in genere. Est autem in sacramento hoc materia illud, per cuius traditionem confertur ordo. Sicut presbyteratus traditur per calicis cum yino & patenæ cum pane porrectionem. Diaconatus vero per libri euageliorum traditionem. Subdiaconatus per traditionem calicis vacui cum patena vacua superposita &c. Vide Cœcilius Florent. cuius sunt verba præcedentia. Sed S. Tho. ponit differentiam inter materiam aliorum sacramentorum & materiam huius. Quia in alijs sacramentis totæ efficacia est ab ipso Deo & sacramento, sed in hoc efficacia est partim à ministro: Episcopus enim dat potestatem. Idecirco in alijs sacramentis materia concurrit, ut det perfectionem sacramento: quia minister nihil facit: in hoc autem sacramento materia se habet solum materialiter. Et licet in hoc cœniant omnes, non est tamen mihi certum, quod sit necessarium ex iure divino, quod tradatur calix presbytero. Quia in scriptura non habetur, quod fiebat nisi permanuum impositionem. I. ad Timoth. 4. &c. 5. Nec etiæ requiritur manuum impositio: ut patet in ca. presbyter. de sacramentis non iterandis. Ideo forsitan solis verbis consecrat Episcopus sacerdotes & alios ministros. Nolo tamen aliquid nouum assertere.

**q. 3.**  
**In sacra-**  
**mēto ordi-**  
**nis an re-**  
**quisatus**  
**contactus**  
**materiæ.**

**Q**UÆRITVR, supposito q[uod] requira-  
 tur materia, an sit nec. flarius contactus mate-  
 riæ, putat calicis, vellib[er]i? Cate. quodli. i. q. 16.  
 dicit q[uod] sine dubio requiritur realis contactus:  
 nec hoc debet haberi pro opinione. Quia in  
 omnibus alijs sacramentis vbi est materiale  
 quiritur contactus realis, ut in Baptismo, Co-  
 firmatione, & Extrema uincione, ergo etiā  
 hic. Et hoc etiam significatur in forma, quia  
 dicitur: accipe calicem, vellib[er]um. S. Tho. in ad-  
 ditionibus. q. 34. art. 5. 3. relinquit hoc sub du-  
 bio. Et credo q[uod] potest sustineri, q[uod] non est ne-  
 cessarius iste contactus. Nec ego dñarē eum  
 qui negligentia, vel zanex causa non tageret  
 calicem, & haberem eam pro sacerdote. Quia  
 tempore Apostolorū non erat necessarium  
 nisi imponere manus. De alijs minoribus or-  
 dinibus non est dubium nisi q[uod] non requiritur.  
 Verum est, q[uod] si deficeret illud per quod Eccle-  
 sia intendit tradere officium, q[uod] non haberet il-  
 lud. Durand. dicit, q[uod] in suo Episcopatu non  
 tradebatur liber Diaconis. Sed sequenda est  
 communis opinio. Iste autem contactus debet esse  
 simul cum verbis, ut verificetur forma qua de  
 presenti dicit, accipe. Sed satis est, q[uod] sit ibi si  
 multas moralis: sufficit enim quod post ver-  
 bas sine multa mora succedat contactus.

**q. 4.**  
**Ordo im-**  
**primischa**  
**reacteren-**

**Q**UÆRITVR, an ordo imprimat cha-  
 racterem? Res p[ro]p[ter]e, q[uod] sic, quia character est po-  
 testas ad aliquid spirituale: & hic datur po-  
 te-

festas circa sacramentum Eucharistiae. Et ita etiam habetur in Coisci. Flor. Et de sacerdotio non est dubitandum. De alijs si non sunt sacramenta non est opus dicere, quod imprimatur charactere.

**Q**UÆ R I T V R , an sit ordo in his sacramentis? An possit fieri Diaconus qui non est Subdiaconus? Resp. quod est præceptum seruatur ordo, & qui illum non seruaret, peccaret mortaliter. Secundò dico, quod iste ordo non est de necessitate sacramenti. Patet in causa unico, de clero ordinato per saltum. Et qui sic est ordinatus, debet suscipere ordines quos omisit dum taxat, a quo cùq; ordine incipiatur. Si autem non sit baptizatus, & suscepit ordinem, non est ordinatus: ut patet in c. veniens, de presbytero iam ordinato & non baptizato, ubi præcipitur, quod baptizetur, & iterum ordinetur. Si autem ordinetur antequam sit confirmatus, ordo tenet. Et potius quod qui ex negligencia hoc præteriret, non peccaret mortaliter, licet male faceret. Quia non inuenio præceptum aliquod.

**Q**UÆ R I T V R , an qui suscipit ordines in peccato mortali peccet mortaliter? Resp. quod si suscipiat sacerdotium, peccat mortali ter, & est sacrilegus. Idem est de alijs ordinibus si sint sacramenta. Si autem non sint sacramenta, videtur quod non sit mortale, licet sit grane peccatum: maxime si suscipiat Diaconatum, quia ordinatur proxime ad Eucharistiam, sed virtus pcc-

232.  
Ordo i. os  
dinib' re-  
cipienda

233.  
Ordines  
recipiēs in  
peccato  
mortali.  
an peccet

pcc-

313. **De Sacramento ordinis.**  
peccat mortaliter qui exercet officia sua in  
peccato mortali? De sacerdotio clarum est.  
De alijs ordinibus si sunt sacramenta est mor-  
tale. Et quia hoc communiter non tenetur  
quod tales peccent mortaliter, ideo verissimi-  
lius est quod haec non sint sacramenta. Nihilom-  
minus (citra mortale) grauiter peccat talis.

314. **QVÆ RITVR**, quis sit collator huius  
**Ordinum** sacramentis? S. Tho. cum alijs dicit, quod solus  
**collator** Episcopus est minister ex officio suo. Patet  
**quis sit.** quia solus Episcopus potest consecrare tem-  
pla, vas, & vestes sacras: sed homo magis di-  
catur diuino cultui per susceptionem ordinis,  
quam illa, ergo. Itē patet ex c. quāto, extra  
de cōsuetudine. Sed vtrum cōferre ordines  
possit cōmitti nō Episcopo? Resp. de mino-  
ribus ordinibus iam in iure est collata poter-  
tas aliquibus non Episcopis. Possunt enim  
minores ordines cōterre presbyteri Cardi-  
nales, & aliqui abbates sancti Benedicti cir-  
ca monachos suos, & laicos sibi subditos. Ut  
habetur. 21. d. c. 1. & 2. Et d. 69. c2. quoniā. Et  
de etate & qualitate. c. cum cotingat: & c. ab  
batess, de privilegijs, lib. 6. & in multis alijs lo-  
cis iuris. S. Tho. 3. p. q. 72. art. 11. &. 4. d. 7. q. 3.  
art. 1. q. 3. ait, quod solus Episcopus habet ex  
officio suo cōferre ordines, & quod Episco-  
pus nō potest cōmittere non Episcopo po-  
testate confrendi ordines, etia minores: &  
si cōmitteret, nihil esset factū. Papao vero po-

test

test cōmittere sacerdoti collationē minorū ordinem: & revera iam cōmisit. Quartō dicit S. Tho. quod collatio ordinam etiam minorū non potest cōmitti non sacerdoti, nec collatio maiorū ordinū potest committi nisi Episcopo dutaxat. Idem tenet Palud. 4. d. 7. q. 4. cōclusione. 2. Nā Episcopus & Papa nō habent maiore potestatē circa corpus Christi verum quam sacerdos: licet circa corpus Christi mysticū, quod est Ecclesia, Papa habeat plenissimā potestatē: ac proinde illa quæ spectat ad corpus Christi mysticū, subsunt potestati Papæ. Et quia potestas cōfereendi ordines est solum potestas circa corpus Christi mysticū ideo Papa potest cōmittere alteri talem potestatē. Quia vero potestas supra corpus Christi mysticum, præsupponit potestatē supra corpus Christi verum, ideo Papa non potest cōmittere potestatē conferendi ordines, nisi sacerdoti, qui solas habet potestatē supra corpus Christi verū.

QVÆRITVR, vtrū Papa possit com-  
mittere potestatē conferendi maiores or-  
dines sacerdoti non Episcopo? S. Tho. & Pa-  
lud. & omnes dicunt, quod non nihilominus  
(ut fertur) Papa de facto cōmisit quibusdam  
abbatibus S. Benedicti. Saltem de subdiacono  
natu vidi ego Bullā Papæ quibusdam abbatib-  
us ordinis Cisterciensium cōcedentis quod  
possent confere subdiaconatum. Et alij di-  
cunt

Papa ag-  
posse cō-  
mittere sa-  
cerdoti po-  
testatē cō-  
ferendi ma-  
iores ordi-  
nes.

cum quod Diaconatum etiam. Si hoc ita est,  
ego dico, quod factum tenet, excepto sacer-  
dotio; alias esset intolerabilis error. Quavis  
de hac dubitet Majoris, dicens quod Papa  
excendit potestatem suam, & quod securius  
esset ab alio sumere. Sed puto illud securius  
& sine iuripulo.

255. S E D quætitur, utrum Episcopi heretici,  
schismatici, aut excommunicati, possint or-  
dines conferre. Resp. quod peccant tam re-  
cipientes, quam ipsi conferentes: nihilomi-  
nus tamen veros ordines, & verū sacramen-  
tum conferunt: non est dubium.

256. Q V A E R I T V R , de impedimentis ordinā-  
tori, utrum fœmina possit ordinari. Resp. sec-  
undum omnes quod non. Probat S. Thom.  
quia ordinati in Ecclesia proficiuntur alijs,  
fœminæ vero officium est subesse. Et prohi-  
bitum est eis in Ecclesia loqui, quod est offi-  
cium sacerdotum. Item secundum Paulum. 1.  
Corinth. 11: Mulieres non debent toderi, sed  
in iriū ordinis est tonsura.

257. D E pueris vero non habebibus usum ratio-  
nis dicit S. Tho. quod esset contra præceptū  
eos ordinare saltē maioribus ordinib⁹, quia  
minoribus permittitur in septenio. Secundū  
dicit, quod si puer in cunis ordinaretur in  
sacerdotem, esset vere ordinatus. Quia hoc  
sacramentū non requirit actu ex parte insci-  
pientis sicuti & Baptismus & Confirmatio-

Quæ-

QVÆ R I T V R , de ordinâdis quæ ætas,  
& qualitates, & merita requirantur, vt lici-  
tè, atq; legitime ordinentur. Resp. quia hac  
de re ad longum abûde atq; apertissimo ser-  
mone disseruit, atq; diffiniuit Conciliū Tri-  
dentinum, Scisio. 23. de sacramento ordinis,  
agens de reformatiōne à cap. 4. & deinceps  
per quam plura, alia, vide, & consule locum  
præallegatum.

Homicida ante baptismō non potest ordi-  
nari ex traditione Ecclesiæ. Si autē de facto Homicida  
ordinetur, tenebit. Per homicidā verò intel-  
ligitur in proposito omnis voluntarie occi-  
dens, aut mutilans aliū, vel scipsum post ba-  
ptismum: siue id fiat licet, siue illicite: omnis  
talis est irregularis, vt index, lictor, & etiam sui defen-  
mādans, præcipiens, cofulens, vt aduocatus. Et extēditur hēc irregularitas ad eos qui co-  
mittātur malefactore seruātes, ne rapiātur  
illi qui sunt morte plectēdi, quia quodāmo-  
do cooperātur homicidio. Nescio tamen an  
hoc sit expressum in iure: si non est, nolle eos  
cōdemnare: nisi propterea quod qui concō-  
mittantur, sic sunt causa mortis, quod nō se  
queretur mors, si ipsi nō custodirent reum.  
Qui autē pugno ext̄ ahit detem non dicitur  
mutilator, ac pinde nec est irregularis: quia  
pœnæ iuris sunt restringendæ, nō ampliandæ.  
De illis qui sunt causa quod alij citius mor-  
tiantur, vt assistentes infirmis, & vertentes  
illos;

illos: dico, quod si hoc faciant hoc praetextu  
ut citius moriantur, forte manent irregula-  
res. Si vero bona fide id faciant no puto eos  
incarcere irregularitate, que est gravissima  
Ecclesiæ pena. Si autem quipiam le deten-  
dendo alium occidat, antiquitus & tempore.  
S. Tho. erat irregularis, ut ipso ait. 3. p. q. 39.  
art. 4. Sed hoc revocatum est per noua Clemé-  
tinæ, si le defendat cum modicamine inculpa-  
tæ tutelæ. Et talis non erit irregularis, sed po-  
terit illotis manibus celebrare. Ecclesiastici  
quoque ponentes iudices, & exortantes ut ser-  
uent iustitiæ, non sunt irregulares. Non dicitur  
autem aliud qui occiditur, si ex officio re-  
nuntiat ut defensor, est irregularis. Si vero non  
teneatur ex officio, non erit irregularis.

**Q VÆ R I T V R**, de annexis ordini. Pri-  
mo de tonsura, an sit conueniens quod ecclæ-  
**Clericis tō** siastici tondereantur? S. Tho. & omnes dicunt  
sura conve- nienter da esse conueniens. Primo ratione figuræ, nam  
significatur ecclesiasticos esse reges: iuxta il-  
lud Petri, vos autem genns electum, regale sa-  
cerdotium. Et figura circularis est perfecta,  
significat perfectionem, quam habere debet  
supra omnes alios, qui debet regere in spiri-  
tualibus. Tondentur autem in superiori parte,  
ne mens eorum temporalibus impediatur a diui-  
nis cotiplandis. Vel ut ait Beda, & Rabanus  
gestamus coronam, non quia apostolus Petrus  
sic attulit, sed propter passionem Christi in  
qua

qua ipse corona spicam portauit. In Cōci.  
Toketa. 4. sub. fidoro. c. 41. reprehenduntur  
omnes clerci qui in summitate capitū modi  
cum circulū rondebant, & dicitur, q̄d iste est  
modus hereticoru, & mādatur q̄d cōfō il-  
perius tōto capite, inferius solum circulū co-  
ronę colinquit. Hęc in Hilpania feruabātur,  
iā omnia lupsa sunt in deterius. Tōlura autē  
istā nō est ordo secundū S. Th. Nā ordines  
non dantur sine celebrationē missæ, tonsura  
autem datur extra celebrationē. Item quia  
per tonsurā nulla potestas particularis spiri-  
tuāls datur, nec tonsura ordinatur ad eucha-  
ristiā, ad quā omnes ordines diliguntur: &  
sic proptie loquendo nō est ordo, quanvis in  
c. cūm contingat. de aetate & qualitate ordi-  
nandorū, clericatus vocatur: sed capitū ibi  
ordo large. Est autē Hilpaniz magnus abu-  
sus, quōd tonsurātūr sine quaue; intentio-  
ne venienti ad chorū. Et ego nō dubito quin  
peccent plusquam venialiter Episcopi qui hoc  
sciunt. Et tame de hoc nō pœnitent. De dig-  
nitate Episcoporum, Cardinalium, q̄i. 2 an-  
tiqua sit, & utrū dignitas Episcopori sit iu-  
te diuinō maior, quā cæterorum sacerdotu,  
quia raro hac scietia fideles indigent, nō ni-  
hil in præsentiarum ponendum iudicauit.

In primis firma fide tenendū est in Ecclesia  
catholica esse hierarchiā diuina ordinations  
institutā, quæ cōstat ex Episcopis, presbyte-

sis, & ministris, ita enim dicitur est in Cor.  
 Trid. Scis. 23. Cano. 6. his verbis. Si quis di-  
 xerit in Ecclesia catholica non esse hierarchia  
 divina ordinati, ne instet tam, quae constat  
 ex Episcopis, presbyteris, & ministris, ana-  
 thematis. Deinde etiam firmiter tamen de  
 fide est tenendum, Episcopos presbyteris est  
 superiores, habereque potestas confirmandi  
 & ordinandi, nec huiusmodi potestas est Epi-  
 scopis cui presbyteris communis. Tandem fir-  
 ma est fide tenendum ordines ab ipsis Episco-  
 pis collatos, esse validos & firmos, veros &  
 reales, sine ullo populi vel potestatis secula-  
 ris consensu, aut vocatione. Postremo fide ita  
 firma est tenendum non esse legitimos verbi  
 & sacramentorum ministros, qui nec ab ecclae-  
 siastica & canonica potestate sunt tamen ordi-  
 nati, nec missi. Ista enim omnia dicta sunt  
 in Concil. Trid. ubi nunc supra Cano. 7. cu-  
 ius verba sunt. Si quis dixerit Episcopos  
 non esse presbyteris superiores, vel non ha-  
 bere potestatem confirmandi & ordinandi,  
 vel cum quatuor habent illis esse cum presbyte-  
 ris communem, vel ordines ab Episcopis col-  
 latos sine populi vel potestatis secularis con-  
 sensu aut vocatione, irritos esse. Aut eos qui  
 nec ab ecclasiastica & canonica potestate tamen  
 ordinati nec missi sunt, sed aliunde ve-  
 niant, legitimos esse verbi & sacramento-  
 rum ministros, adathema sit.

Ex quibus constat haeresim esse, si dicas non esse legitimos ac vere Episcopos, qui auctoritate Romani Pontificis sunt assumpti. Hoc corollarium etiam patet, ubi nunc supra Can. 8. Similiter haeresis est, si dixeris sacramunctionem, qua Ecclesia in sancta ordinazione utimur, aliasque sacramenti ordinis ceremonias non esse requisitas, sed contenendas, & perniciovas, ut definitum est ibidem. Can. 5. Et haec de ordine dicta sufficiant.

## SEQVITVR DE SARCA- mento Matrimonij.

**T**E Sacramento matrimonij tractat Magist. 4. d. 26. & rejicit illud in ultimum locum, quia minus spirituallitatis habet. Vel quia prius tractandum erat de sacramentis quae ordinantur ad propagationem spiritualē & postremō de matrimonio quod quidē ordinatur ad propagationem corporalem, seu temporalem.

**Q**UÆRITVR, in primis, utrum matrimonium sit sacramentum? Resp. quod sic & non est dubium. Nam ad Ephesios. 5. dicitur, sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo & Ecclesia. Et ita etiā determinatur in Concil. Florē. sub Euseb. 4. Idem patet ex his quae superius habes de sacramentis in genere, quæst. 5. Item in codice Concil. Tridenti, Sctis. 24. de sacramento matrimonij

242.  
Matrimo-  
niū est sa-  
cramentū,

Ex quibus constat haeresim esse, si dicas non esse legitimos ac vere Episcopos, qui auctoritate Romani Pontificis sunt assumpti. Hoc corollarium etiam patet, ubi nunc supra Can. 8. Similiter haeresis est, si dixeris sacramunctionem, qua Ecclesia in sancta ordinazione utimur, aliasque sacramenti ordinis ceremonias non esse requisitas, sed contenendas, & perniciovas, ut definitum est ibidem. Can. 5. Et haec de ordine dicta sufficiant.

## SEQVITVR DE SARCA- mento Matrimonij.

**T**E Sacramento matrimonij tractat Magist. 4. d. 26. & rejicit illud in ultimum locum, quia minus spirituallitatis habet. Vel quia prius tractandum erat de sacramentis quae ordinantur ad propagationem spiritualē & postremō de matrimonio quod quidē ordinatur ad propagationem corporalem, seu temporalem.

**Q**UÆRITVR, in primis, utrum matrimonium sit sacramentum? Resp. quod sic & non est dubium. Nam ad Ephesios. 5. dicitur, sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo & Ecclesia. Et ita etiā determinatur in Concil. Florē. sub Euseb. 4. Idem patet ex his quae superius habes de sacramentis in genere, quæst. 5. Item in codice Concil. Tridenti, Sctis. 24. de sacramento matrimonij

242.  
Matrimo-  
niū est sa-  
cramentū,

eadē sententia diffinitur in Can. 4. cuius verba sunt. Si quis dixerit matrimonium non esse vere & propriè vnu ex semptē legis Euāgeliæ sacramentis à Christo dño institutū, sed ab hominibus in Ecclesiā inuectū, anathema sit. Vtrum autē cōferat gratiā. Resp. q̄ ex eo quod est sacramentū, cōfert gratiā nō ponētibus obicē, & ritē suscipietibus, vt d. terminatur in Conc. Trid. Sels. 7. c. 6. 7. & 8. Institutuit autē Christus hoc sacramentū Matt. 19. quando illud cōmendauit, & præcepit inseparabilitatem dicēs, Qnos Deus cōiunxit, &c. ex quo, & ex traditione Apostolorum & magis ex traditione Ecclesiæ, habemus quod matrimonium sit sacramentum.

**QVÆRITVR**, an licet fidelibus plures si nul habere vxores. Respō. negatiū & ita de fide tenendum est. Ut diffinitur in Cōcilio Triden. vbi supra Canone. 2. cuius ista sunt verba. Si quis dixerit licere Christianis plures si nul habere uxores, & hoc nulla legē diuinā esse prohibitum, anathema sit.

**QVÆRITVR**, vtrum status cōiugalis sit anteponendus statui virginitatis vel cōlibatus. Resp. negatiū quod nec præferendus, nec equādus eit illis. Et ita firma fide tenendu eit. Sic enim diffinitur vbi supra Can. 10. cuius verba sunt. Si quis dixerit statum coniugalem anteponendi esse statui virginitatis vel cōlibatus, & non esse melius ac  
bc-

beatius manere in virginitate aut cælibatu  
q. à p. iungi matrimonio, an thema sit.

**Q**VÆRITVR, utrum matrimonium con-  
tractu per procuratores sic sacramentum Ref.  
Caie. quod nō. Qui annullam sacramentum po-  
test contrari per procuratores. Item qui a re-  
cipiente gratia est actus personalis, & nō po-  
test dari vni pro altero: sed in quolibet sacra-  
mento nouæ legis conferatur gratia, ergo. Di-  
cimus tamen quod licet talis contrarius non  
sit sacramentum, est tamen verum matrimo-  
niū. Et ita factū fuit Genesis. 24. per Eliezer  
seruū Abrahā & patrem Rebekæ. Dicit Ca-  
ie. quod facilius posset Papa dispēsare in hoc  
matrimonio, quā in eo quod est sacramen-  
tum contractum, scilicet inter præsentes, &  
per verba de præsenti.

**S**E D cum omni sacramento inueniatur  
materia & forma, quaeritur quæ sit materia:  
& quæ forma huius sacramenti. Palu. 4. d. 29. ma. & for-  
nit q̄ coiuges se habent ut materia, & verba ma.  
ut forma. Capre. d. vij. fīma. exta, dicit hoc ei  
se probabile. Melius tame dicitur cu S. Tho.  
quod verba vnius coniugis sunt materia, &  
verba alterius sunt forma: putat verba quæ  
primò proferuntur sunt materia, & quæ pro-  
feruntur ultimò sunt forma, quia perficiunt  
sacramentum. Ita ait S. Tho. 4. d. 26. q. 2. a. t.  
l. 2. & 4. d. 1. q. 1. arti. 1. quæstiuncula. 5. 2. Et  
ita tenendum est sine dubio.

244.  
Matrimo-  
nium per  
procurato-  
res contra  
etū nō sit  
sacramen-  
tum.

245.  
Matrimo-  
nium  
ni. ma.  
ma. & for-  
nit q̄ coiuges se habent ut materia, & verba ma.

246.

**Matrimo-**  
**nium est**  
**obligatio**  
**mutua in-**  
**ter virū &**  
**vxorem.**

Q. VÆ R I T V R , cum in matrimonio inueniantur quatuor, scilicet, cōsensus, cōtra-  
 ctus mutua obligatio seu vincula , & copula  
 carnalis, quod horum sit matrimoniu? Resp.  
 primo quod non est copula carnalis: nam in-  
 ter Mariam & Ioseph fuit verum matrimo-  
 nium sine tali copula. Secundò dico, quod  
 nec consensus est matrimonium. Patet quia  
 matrimonium semper durat, cōsensus vero  
 non semper durat. Et si dicas quod durat vir-  
 tualiter, dico quod hoc nihil est, quia aliquando  
 pœnitent ambo, & dolēt de matrimonio.  
 Tertiò dico, ne cōsensio contractus est matrimo-  
 nium. Quia contractus non est nisi expre-  
 sio cōsentius, sed cōsensus non est matrimo-  
 nium, ergo nec expressio illius. Itē quia  
 matrimonium semper durat, estq; insepara-  
 bile, cōtractus vere finitur. Restat igitur, q  
 matrimonium est vinculum & obligatio illa  
 mutua inter virum & fœminam. Patet quia  
 matrimonium nihil aliud sonat quam organū  
 quoddam & instrumentum ordinatum ad pro-  
 creandos liberos: sed vinculum istud, quod  
 ponimus ad copulam carnalem inter virum  
 & vxorem, requiritur & est necessarium, &  
 sufficiens ad procreationē liberorum, accor-  
 dum instructionem: ergo illud est matrimo-  
 nium. Islam mutuā abligationē ponit Paulus.  
 i. Corint. 7. Mulier potestatem sui corporis  
 non habet, sed vir: similiter & vir potestatē  
 sui

Qui corporis non habet, sed mulier. &c. 145.

QVÆ R I T V R, de causa huius vinculis; 147.  
 utrum ad hoc vinculum causandum requiriatur Consensus  
 ut & sufficiat consensus? Resp. quod <sup>consensus</sup> in matrimonio  
 sufficiens requiritur, & est omnino necessaria monius  
 & sufficiens causa matrimonij: & in hoc cellariis  
 omnes doctores conueniunt. Sed dices, no-  
 mo erit certus de matrimonio, quia nemo  
 potest esse certus de consensu alterius homi-  
 gis. Resp. quod non requiritur quod habeamus  
 certitudinem evidentiæ, aut fidei de con-  
 sensu alterius, sed sufficit certitudo moralis  
 ad scientiam conscientiarum. 148.

S E D quid si unus coniugii habeat certas  
 coniecturas quod alter coniux non consensit Dubitans  
 ut quando quis contraxit cum puella, que de coniugio  
 omnino respuebat tale coniugiu, tamen victa quod lessus  
 fuit a parentibus, an talis possit exigere & reddi et debiri  
 reddi et debiri. Scotus. 3. d. 4. & alij doctores sicutatores  
 dicunt, quod quod non est statim fuit tilliber  
 eadens in viram constantem, & quod ex tali  
 metu consentit, si illa dixit quod recipiudebit  
 eam in vicuum, leponenda est conscientia, de-  
 licitum est redire & exigere debitum: &  
 non estribu de hoc. Si tamen non posse con-  
 scientiam depinere, quia vidit maximam fer-  
 tiam puellæ, & modo dicit se non vobis nisi  
 dico quod haec conscientia, dantem nec posse  
 petere, nec redditre. In quo dico quod in talis  
 causa est illa pte, quoniam potest vir reddire

debitum, nec peccat per hoc, sed debet illi dicere quod consentiat modo. Et si consentit, bene quidem. Si autem dicat quod nec tunc vult coentire, non potest exigere, nec reddatur: non est dubium. Si autem sit dubium pro veraq; parte, deponat conscientiam, & petat & reddat. Quod si non potuerit conscientiam depone, non poterit petere, nec reddat debitum. Si vero habuerit formidinem qd illa non coenit, dico qd iusficiet probabilitas pro altera parte, & agat totum illam formidinem. Et si in tali casu dicat quod non consensit, non credat eam si crediderit, non poterit ad eam accedere. Et si illa petierit debitum, faciat eam primitus coentire, & postea reddat.

242.  
Coniugū  
altero di-  
cere se no  
cōsentisse,  
an alter li-  
ber mane.  
sc.

QVÆRITVR, quid faciendum quando aliquis contraxit cum aliqua secreta, & postea ille negat matrimonium, & contrahit publice cum alia, an illa prius telicata possit contrahere cum alio? Respō. qd si illa habeat apparentias quod ille non consensit secum in matrimonio; ut putā quia erat magna in æqualitas inter illos, quia ille erat nobilis, & ipsa filia agricola, & ipse iurat se non cōsentisse cum ea, tunc apparentia iusficiens est quod non consensit; & sic illa poterit trahere ad matrimonium aliud. Si tamen illa non potest omnino credere nisi quod consensit, dico quod cum illa conscientia non potest accedere ad aliud matrimonium.

QVÆ-

**Q**YÆRITVR, an requiratur quod sensus interior exprimatur exterius ad hoc ut fiat matrimonium? Relp. secundum omnes quod sic. Patet apud S. iho. 4.d. 27. q. 2. Eccl. Valud. ibi. q. 2. art. 2. & Dicit ad ibi. q. 1. & Secundus. q. vni. a. Et glossa cap. tuæ fratris filii eius. expumi. extra de sposalibus. Matrimonium cum eit sacramentum, at in sacramento oportet quod interueniat aliquid igitur ieiuniole. Et in cap. cum apud, dc sposalibus, dicitur, quod requiritur exp. c. s. o. exterior, non solun ad hoc quod cognolatur, sed etiam ad hoc ut sit matrimonium. Ité probatur, quia nūquam homines se contraxisse putant donec profertur verba, quātuncunq; cognolat̄ in uicē consensus interiores. Sufficiunt autem signa exprimentia hunc consensum, & illa vocantur in proposito verba. Et etiā si patet loco. puellæ dicat, quod sic, illa p̄r̄ verecundiata cente: hoc sufficit, non est dubium. Si vero aliis à patre exprimeret consensum puellæ, ipsa faciente & consentiente, sufficiet in foro conscientiae. Sed forte in foro contentioso. damnaretur, & non admittetur.

**S**E VTRUM ad matrimonium sufficiat consensus & verba de futuro? Relp. quod non: sed requiritur quod consensus & verba sint de praesenti. Ut expressè habetur in cap. tuæ fratritati, de sposalibus. Accipio te in hac in crastinu, & do in ceps, non est matrimoniu-

250.  
Cōleinus  
interior  
matrimo-  
nij debet  
exterioris  
expumi.

251.  
Cōleinus  
& verba  
de futuro  
non suffi-  
cient ad  
matrimo-  
nium.

Si autem dixerit aliqua verba ambigua, quae possunt habere duplice sensum. Nam et in foro conscientia intentioni cum qua illa protulit: an scilicet dixerit ea animo contrahendi, an non. In foro autem exteriori standum est coniectaris.

291.

**V**era proferens cōfessus sine consensu interiori, verē conserbit.

QVÆRITVR de illo qui contraxit cō aliqua proferens exteriorius verba, & interiorius non habens cōsensum, an sit matrimonium? Resp. quod non. Quia deficit cōsensus interior. Ideo caucat sibi fatuę puerę. Sed vtrū saltē talis teneatur eam ducere in viropem? Scot. 4.d 30.q.1.dicit omnino quod sic: quia fecit illi iniuriā in illo cōtractu exteriori nō cōsentiendo. Idē dicit Adria. & Palud. Ideo ne putent isti nequā homines impune se hęc scelerā patrare. S. Tho. d. 27. q.1. art. 2. q.4. dicit, quod in foro conscientia non impune agit; qui si dicitur pueram: non tamen dicit quod tenetur eam ducere. Neo qui dicunt quod tenetur eam ducere, sufficiat nec probant. Timeo tamen quod est si sit illi dicūt, & est verissimile, & vellem esse verum.

292.

**M**atrimonio, nūm cōtrahens de presenti ante copulam potest religionē tegredi.

QVÆRITVR, vtrum qui cōtraxit matrimonium, possit ad religionem transire? Respon. quod non sequitur matrimonium est consummatu, non potest. Et ita tenent omnes doctores. Et est determinatio Ecclesiast. Probat S. Tho. quia nullus potest dare aliquid, sed consummatum matrimonio, neuter

cōiugum est sui iuris, iuxta illud Pauli: vir sui corporis potestatem nō habet, sed uxor, ergo. Et de hoc sunt multa iura in titulo de cōversione coniugatorū. Sed ab hac regulā generali sunt exceptiones. Prima quando vnius cōiugum commisit adulterium, alter potest trāsire ad religionem libertē: vt habetur expressē cap. Agathofz. 27. q. 2. Secunda excep-  
 tio est, si uterq; cōiugum voluerit profi-  
 teri religionem, tunc licēbit ambobas ingre-  
 di eam. Est tamen notandum quod de licen-  
 tia vnius coniugis, alter potest trāsire ad re-  
 ligionem; dummodo ille qui dat licentiam in-  
 grediatut etiam religionem, vel sit in etate  
 senili, in qua non sit ei periculū continentia.  
 Nam si tale periculum ei immineret, illa licē-  
 tia nihil valeret, & professio alterius nulla  
 esset. Si autē sit in etate tam senili, quod iudi-  
 cito praelatorum non sit ei periculum de casti-  
 tate, tūc potest dare licentiam, etiam si alter  
 coniux maneat in seculo. De istis sunt multa  
 loca in iure, videatis vos illa. Dicit etiā Paliu-  
 s. d. 27. q. 3. quod quotiescumq; licet viro trā-  
 fire ad religionem, licet etiam ei transire ad  
 sacros ordines in seculo. In nullo doctore  
 hoc inueni, & credo, quod dicit verum, quia  
 tunc nullū est impedimentū. Vnde si vxor co-  
 mīsit adulteriu, maritus potest promoneri  
 ad sacros ordines, etiā si nō intret in religio-  
 nē. Et idē dicēdūt est si vxor sit extra peri-  
 culum

Post ma-  
 trimoniū  
 cōsumma-  
 tuai quis  
 potū relā-  
 gione inq;  
 gredia.

Culū in cōtinētia, & dederit viro licentia,

**354.** *Post matrimonium ratū & nō consummata cū alterū alio reliquo pro coniugatorū. Et facta professione alter cōfiteat alter iux qui remanet in seculo, potest transire ad secundas nuptias. Hicrony. dicit (& habetur in. c. scribit. 27. q. 2.) de Macario quod post apparatum nuptiarum trāsijt ad eremū. Et in prologo Euāgeliū Ioānis, dicit quod Christus assūmpsiit Ioannem à nuptijs. Idem dicitur de beato Alexio filio Euphemiani.*

**355.** *QVÆRITVR, si sponsus vi consummavit matrimonii, an possit illa transire ad matrimonio religionē eo iniusto? Videtur quod nō, quia rium cōsummata. iam matrimonii est consummatū. In contraria rium est, quia ille fecit iniuriā, ergo videtur quod talis iniuria debeat reparari: & cū ipsa ante iniuriā possit ingredi, poterit etiā post acceptā cōtraheliam. De hoc nihil vidi in iure determinatū. Ideo probabilis est utraq; pars. Et ita putat Durād. licet ei magis probabile videatur, quod nō potest ingredi reliquie, quia iam est ibi vinculu carnale, & nō tamē spirituale. Et licet vir male fecerit: nō tamen debet hac poena puniri. Caueret ipsi sibi, vel intraret antea religionē. Palude re-*

putat magis probabile quod possit trahere. Vt ergo opinio videtur mihi probabilis. Tamen hoc est unum certum, quod licet illa interret religionem, matrimonium non dirimetur, nec ille poterit transire ad secundas nuptias ipsa viuente: quicquid dicat Durandus.

**Q**UOD diximus supra, scilicet quod ante consummationem matrimonij licet ingredi religionem, intelligendum est de religione, in qua fit votum solene. Unde alias beatas, quae vocantur tercetas, quas post solum facere votum simplex, non poterit trahere. Quia ob tale votum non possunt dirimi matrimonium, ac proinde non casar se ei que quedaua en el sigo. Imo si illae beatae nubent, licet peccarent, teneret matrimonium.

216.

Ante con-  
summatio-  
ne matri-  
monij li-  
cer intrare  
religione.  
in qua ut  
votum so-  
lenie.

## DE SPONSALIBVS.

**S**PONSALIA sunt promissio futurarum nuptiarum, quae iam in Hispania fecerunt non sunt, sine delatoriis de presenti. Sunt igitur sponsalia, mutua promissio futurarum nuptiarum. Nec sufficeret dicere, Ego propone te habere in uxore, nolo tamen me obligare. Talia non sunt sponsalia: ut male putet Psalm. 4. d. 27. sed requiritur stipulatio, & obligatio. Fiant autem dupliciter, ut ait S. Thos. 4. d. 27. q. 2. art. 4. Vno modo sine conditione quacunq; & talia statim sunt sponsalia. Alio modo

217.

Sponsalia  
qua dicar-  
tur.

modo sunt cum cōditione: vt si dicam: Du-  
cam te, si dederis mihi mille aureos, vel si pa-  
ter tuus consenserit. Nos simoltractabimus  
de conditionibus appositis sponsalibus, &  
de appositis matrimonio.

**218.**  
**sponsalia**  
**matrimo-**  
**nii cū cō-**  
**ditione.**  
**adueniēte**  
**cōditione**  
**mō hūr pez**  
**hoc spola**  
**ta, aut ma-**  
**trimoniū.**

**Q**UÆ R I T V R, vtrū si sponsalia cōtra-  
hantur inter personas illegitimas, animo co-  
trahendi sub hac cōditione, si Papa dispē-  
uerit: an adueniēte conditione sint vera spō-  
salia? & si tucrū verbade prælenti, an sit ma-  
trimoniū cōditione adueniēte? Et angeatur  
dubium, ponamus quod isti postquam venit  
dispensatio, habeant eam ratam. In Flandria  
fuit mihi magna cōtrouersia, cum aliquibus  
- Juristis super isto casu. Sed rospōdeo, quod  
non est matrimoniu, & oppositum est error  
intolerabilis. Ratio est, quia ante dispēsatio-  
nem hēc nō erat vxor illius, sicutur nec post.  
Quia Papā nō potest dare uxori, sed iolum  
dat facultatē ducendi illā. Et si talis trahit et  
ad secūdas nuptias, nō cōpelletur sumere  
primā consanguineā. Allegabant mihi multa  
capita iuris, sed nihil omnino faciebant. Se-  
cundo dico, q̄ talis cōtractus, nō solum nō est  
matrimoniu, sed nec est sponsalia vlo modo,  
etia adueniente dispensatione: sed quicquid  
factū est, totū est irritū, & cōtractus est nūl-  
lis. Et lex. inter stipulatē, ff. de verb. oblig.  
Sacrā rem. vbi cīt casus, quod si fiat stipula-  
tio de sacrare, vcl de re de qua non cīt com-  
oblig.

merciū, de qua nō poterat fieri sine cōsenſu  
principis, stipulatio est nulla, & non reddit  
obligatio adueniēte cōsenſu principis. Adeo  
est reprobatus ille cōtractus, ut sit super eo  
excommunicatio. Sic igitur dico in propa-  
gno, quod p̄d̄ictus contractus est nullus,  
etiā si iurare: & peccarem iurando, quia est  
contrabonos mores. Sed quid si petione legi-  
gitimae contrahant sub conditione honesta:  
ut si pater tuus cōfenserit, vtrūm adueniēte  
conditione sit matrimonium? Panormit. &  
Canonistz dicunt q̄ sic, & Pala. videtur eos  
sequi. Sed Adrianus, & communis sententia.  
Doctorū dicunt q̄ non, sed solum sunt spon-  
salia. S. Tho. 4. d. 27. dicit quod si conditio sic  
de futuro, etiam si verba sint de pr̄senti, id ē  
est iudicium, sicut de cōfensu de futuro, qui  
exprimitur per verba de futuro, ac proinde  
adveniente conditione manent sponsalia. Et  
dato quod errore putans tale cōtractum  
esse matrimonium, consummet illud, non est  
adhuc matrimoniu, quia ex errore proces-  
tit. Itaq; regulaganterialis est, si in isto instanti  
non est matrimonium, quicquid postea fu-  
perueniat, non erit in matrimoniu: nisi de no-  
vo, & de pr̄senti iterum fiat.

Q V A E R I T V R, an si quis apponat con-  
ditionē impossibilem, scilicet cōtrahō tecū,  
si digito tetigeris cālum, aut si dederis mihi  
segnū, an sit matrimonium? Respōd. q̄pōd  
est

176.  
Conditionē  
impossibilis,  
vel tunc  
q̄p̄ in ma-

**matrimonio** est determinatio in c. finali, de conditionibus appositis, vbi Papa in favore matrimonij dicit, quod si apponatur in eo conditio tui pis vel impossibilis, habecatur pro non adiecta. Et si able; illa conditione erat matrimonium, etiam erit matrimonium ea appositum. Adrinus dicit, quod vel illa conditio apponitur loco vel ioco. Si primum dicit quod ibi esse verus coitens, ac proinde matrimonium. Si secundum dicit quod non est matrimonium, quia non habuit coniugium. Si deniq; non habuit ordinum interiorem, quicquid apponitur tunc est matrimonium. Diverso habuit conditionem, erit matrimonium, si non apposuit conditionem impossibilem. De hac conditione impossibili S. Tho. nihil dicit.

270.  
**Conditiones a ma-**  
**trimonio**  
**appositorum**  
**variae.**

De alijs conditionibus dicit S. Tho. quod vel conditio est de praesenti, vel de futuro. Si primum, vel est contraria bonis matrimonij ut contra hoc tecum si fueris sterilis, & tunc non tenet matrimonium, siue sit turpis conditio, siue non. Vero est contraria bonis matrimonij, & sic siue sit honesta, siue non tenet matrimonium statim conditione. Videtur lequi S. Th. contra illud dicit, sed loquitur in ioco consciente. Vel conditio est de futuro, & tunc si sit necessaria, ut contra hoc tecum si te horiatur eras, est matrimonium. Quia iam habetur talis conditio pro apposita, id est in iuis causis, & sic presumitur de praesenti. Sed hoc non obstat, si in

271  
aliquando  
potest  
venerari  
de presenti

Si intentio contrahendi est pro crastina die, solum sunt sponsalia de futuro. In foro tamē cōtentioso pr̄esumitur de pr̄esenti. Si autē sit conditio contingens, secundū S. Tho. posita conditione est matrimonii, & non apposita non erit matrimonii: & hoc siue conditio sit honesta, siue non. Ad secundū iura, si sit cōditio turpis, habetur pro nō adiecta: ut si dicat cōtraho tecū, si occideris inimicū meum, & est matrimonium verum. Et hæc de his.

## T D E B I G A M I S.

**B**IGAMVS dicitur qui bis duxit vxorē de quo queritur an sit irregularis ad sacros ordines suscipiédos? Resp. q̄ duplex est bigamia. Quędā p̄prię dicta, de eo qui bis duxit uxorem & de hac loquimur. Paulus ad Titum. 1. 12.

Oportet Episcopū sine crimine esse, vnius vxoris virū. Alia est bigamia interpretativa & impropria, quæ habet idē impedimentū ac prima: ut si quis duxit viduā. Nam vna ratio quare bigamus expellitur ab ordinibus, est ppter significationē, quia tale matrimonii non significat coniunctionē Christi & Ecclesiæ. Quia Christus non habuit nisi vnicā uxorem, vnicā Ecclesiā, eanq; virginē & incōtaminatā. Alia est etiā bigamia similitudinaria, quādo quis habens vnam uxorē viuā, contra hit cum alia. Itē est bigamus, qui post votum

262.

Bigamos  
qui dicat  
& oninis  
bigami' est

f sim-

implex castitatis, duxit vxorem. Et qui post suicetos Ordines contraxit. Omnes isti sunt irregulares, & repelluntur ab Ordinib. suscipiendis. Omnes tamen iste irregularitates sunt de iure positivo.

**262.** **Irregularitas bigamia.** **non tollitur per baptismum?** Fuit quæstio inter Hieronymum & Augustinum: Hieronymo dicente quod tolleratur, quia manet noua creatura: Augustino vero dicente quod non, quia baptisimus solum tollit peccata, non alia vincula, sicut nec tollit matrimonium.

**Matrimonium** **non tollitur per baptismum?** Hæc autem opinio Augustini allegatur à Gratiano ca. acutius. 26. d. & omnes Canonicisti tenent cum eo: & S. Tho. Maio. vero tenent cum Hierony. sed tenendum est cum Augustino. Quia signum est, quod postquam quis bis contraxit, quod non continebit. Et etiam quia esset in illo matrimonio imperfecta significatio coniunctionis Christi & Ecclesie. At utrum possit Ecclesia dispensare cum bigamo? Dico quod sic, sed non sine magna causa propter verba Apostoli.

**263.** **Copula carnalis** **perueniens sponsalibus de futuro, efficiat matrimonium?** S. Tho. distinguit. In foro conscientia, si non est consensus, non est matrimonium. In foro autem contentio, quia non est aliquod signum quod magis exprimat consensum, quam copula, indicabitur matrimonium: ut habetur in

in c. is qui. Et in c. vlti de spōsalibus. Sed quid si per ignorantiam credebat quod per spōsalia erat iā vxor sua, & illo animo accessit ad illā, & consummavit matrimoniu, aliās nō consummaturus, an sit matrimoniu. Dico q̄ non. Et est expressa sententia S. Tho. nihil enim consenseruit tā contrarium, ac error. Itē ante hoc non erat matrimoniu, & non sunt apposita requisita ad matrimonium: ergo.

QVÆ R I T V R, si iste talis accesserit ad spōsam post spōsalia dę futuro, nō consummandi matrimonij gratia, sed animo libidinoso: si postea contrahat cum alia, an hoc secundum sit verum matrimonium. Respō. quod sic. Quia primum non fuit matrimonium, quanvis Papa illegitimauerit secundum in. c. is qui de sponsa. sed hoc fecit Papa, quia p̄sumpsit q̄ primum fuit verum matrimoniu. Sed quid ille faciet, quia compelletur ab Ecclesia manere cū prima? Et generaliter dubitatur quid faciet ille qui cōtraxit primò cum aliqua iēcretē, & consummavit matrimoniu nemine sciente, & postea secundo contrahit cum alia publicē, si compellatur ab Ecclesia excommunicationibus ad manendum cum secunda, quid faciet, cum illa non sit verē vxor? Respō. quod si ille potest cōtrahere matrimonium cum illa, cum qua cogitur manere, debet cōtrahere. Si vero non potest ut in casu pr̄senti, malum remedium habet. Non

264.  
Post acces-  
sum libidi-  
nosum ad  
spōsam dę  
futuro, cū  
alia cōtra-  
hēs de pr̄-  
senti verē  
cōtrahit.

enim habet aliud remedium nisi quod ferat patienter, nec apud Deum erit excommunicatus. Debet tamen vitare scandalum, & abire in aliā regionem, ubi poterit audire missam, & comunicare manendo cum prima uxore.

Sed mouet S. Tho. dubium in 4. d. 28. art. 2.

265.

Post sponsalia de futuro accessit ad virginem animo libidinoso, an talis tenetur eam ducere, quia stupravit virginem? Et doctor sanctus concedit quod tenetur eam ducere postquam promisit, & si non potest eam ducere, debet eam dotare. Et addit quod hoc est verum quod decipit eam, quid est maximum notandum.

Nam qui ultroneam virginem corrumpit, non tenetur eam dotare: quauis enim promiserit ei se ducatur eam in uxorem aliquando, ipsa tamen bene intelligit quod non debebat facere, quia erat magna in aequalitas inter eos, &c.

### SEQVITVR DE MATRIMONIO CLĀDESTINO.

266.



VÆRITVR, an matrimoniū clandestinū sit verū matrimoniū? Respon. quod talia matrimonia rata erāt & vera, quamdiu Ecclesia ea irrita non fecerat. Verū cū sancta Synodus Tridētina animaduerterit prohibitiones de non sic contrahendo (propter omniū inobedientiam) iam nō prodesse, & grauiā peccata perpēderet, quæ ex eisdē clādestinis cōiungīs ortum

ortū habebāt, præsertim verò corum qui in statu dānationis permanerēt, dū priore uxore, cum qua clā cōtraxerant, relicta, cum alia palā contrahijnt, & cum ea in perpetuo adulterio viuunt. Cui malo cū ab Ecclesia (que de occultis non iudicat) succurri nō possit, nisi efficaciū aliud remedī adhibeatur. Idcirco sacri Lateranensis concilij sub Innocentio. 3. celebrati vestigijs in hærendo præcipit vt in posterū, ante quā matrimoniu contrahatur, ter à proprio cōtrahētiū parocho, tribus cōtinuis dieb⁹ festiuis, in Ecclesia, inter missarū solēnia publicē denūtietur inter quos matrimoniū, sit cōtrahendū. Quibus denūtiationib⁹ factis, si nullum legitimū opponatur impedimentum, ad celebrationē matrimonij in facie Ecclesij procedatur, vbi paroch⁹ viro & muliere interrogatis, & eoru muto cōsen su intellecto, vel dicat. Ego vos in matrimonio coniungo, in nomine patris & filij & spiritus sancti, vel alijs vtatur verbis iuxta receptum vniuersitatisq; provinciæ ritum. Quod si aliquando probabilis fuerit suscipio matrimonium maliciose impediri possē, si tot præcesserint denūtiationes, tunc vel vna tamē denūtatio fiat, vel saltē parocho & duobus vel tribus testibus præsentibus matrimoniu celebretur. Deinde ante illius consummationem denūtiationes in Ecclesia hæc, vt si aliqua subsunt impedimenta, facilius detegātur,

278 Dā Matrimonio clandestinō  
nisi ordinarius ipse expedire indicauerit, vt  
predicat̄ denūtiationes remittatur. Quod il-  
lius prudentia & iudicio, hanc Synodus re-  
linquit. Qui aliter quam praeiente parocho,  
vel alio sacerdore de ipsius parochi seu ordi-  
narij licentia, & duobus, vel tribus testibus  
matrimonium contrahere attentabant, eos  
sancta Synodus ad sic contrahendam inha-  
biles reddit. Et huiusmodi contractus irritos  
& nullos esse decernit prout eos presenti de-  
creto irritos facit, & annulat. Hisuper paro-  
chum, vel alium sacerdotem qui cum minori  
testium numero, & restet, qui sine parocho,  
vel sacerdote huiusmodi contractu interfue-  
rint, nec non ipsis contrahentes, graviter ar-  
bitrio Ordinarij puniti partcipit, &c. Hac  
omnia fere ad verbum sumplius ex predi-  
cto Conc. Trid. Sels. 24. in decreto de refor-  
matione matrimonij. c. 1. Vbi circa finem or-  
dinat ut parochus habeat librum, in quo co-  
iugum & testium nomina, diemq; & locum  
contracti matrimonij describat, quē diligen-  
ter apud se custodiat.

267. QVÆRITVR, an sit peccatum morta-  
le post matrimonium publicum de presenti,  
accedere ad sponsam ante solennitatem na-  
ptiarum, quod ctiam vocatur matrimonium.  
Videtur quod sic, quia in cap. noctstrates. 30.  
q. 5. est prohibitum. Et etiam quia videtur  
quod sit quidam contemptus Ecclesie. In co-  
tra-

trariū est, quia talis vicitur re sua. Catec. facit de hoc questionē, & dicit quod non est peccatum. Patet, quia in lege natura non erat peccatum & iniure non est prohibitum tanquam mortale. Nam in illo capit. nostrates. dicitur, q̄ non servare illas conditiones, non esset mortale: & est iam v̄lus in multis parti- bus, ergo non est peccatum. Idē tenet Sylue ster verbo: debitum coniugale. f. g. & allegat Innocent. Antonium, & Hostiens. in c. i. de sponsalibus. Imō addit, q̄ si timetur aliquid periculum, vel si differuntur relationes, consulendum esset eis consumare matrimonij. Et quod hoc sit etiā de mente S. Tho. patet, quia. 4. d. 28. ar. 23. dicit, q̄ si sponsus p̄r verba de futuro p̄petrat debitum à sponsa, si illa credit, q̄ ipse accedat cū affectu maritali, nō peccat redditus debitum; ergo multo minus si sposus p̄r verba de presenti petat. Sic igit̄ dicēdū in ēst, q̄ non ēst peccatum mortale, imō aliquādo non erit nec veniale. Notāda sunt tamē verba Cōc. Trid. Sess. 24. de re formatione matrimonij. ca. 1. vbi h̄ic dicitur. Præterea eadē sancta Synodus hortatur, ut coniuges ante benedictionem sacerdotalem in templo suscipiantur, in eadem domo nō cohabitent, statuitq; benedictionem a proprio parocho fieri: neq; à quoquām nisi ab ipso parocho, vel a Ordinario licentiam ad prædictam benedictionem facientiam alijs

**268.** **Q**UÆ R I T V R , vtrū cōsensus coactus sufficiat ad matrimonium? V.g. deprehēsus est iuuenis cū puella, & cogitur a parētibus puel sufficiat lē cōtrahere cum ea, vel mortē subire, & ille ad matrimoniū, ex metu cōsentit interius ( nā si nō cōsentiret interius, nō est dubiū quin nō sit matrimoniu, etiā si sine metu proferat verba) an sit matrimonium? S, Tho. 4.d. 29. ar. 2. & omnes Docto. ponunt d. de duplice metu. Quidā est metus cadens in virū cōstantē, alius cadēs in incōstantē. Cōstans autē vir ab incōstanti hoc distat, q̄ cōstans nunquam inducitur aliquo timore ad perdendum famā, vt saluet omnes res suas: quia plus valet fama quā res. At incōstans potius vult perdere famā, quam diuitias, & vult incurrere maius malum vt euītet minus malum. Itē vir cōstans non mouetur à paruo timore, sed à magno: vt à timore mortis, captiuitatis, seruitutis & nō à timore reperdēdi cētum aureos. Incōstans verò vir opposito modo mouetur à paruo timore. Hoc supposito, est conclusio, Cōsensus coactus timore cadente in virum constantē, impedit matrimonium: cōsensus verò coactus ex timore nō cadente in virum, cōstantē: nō impedit matrimonium. Paret c. cum locū. Et cap. veniens. Et c. consultationi de sposa. Et expresse in lege. metu. f, qui metus causa. Et cap. significauit. de eo que duxit in matrimo-

moniu quā polluerat per adulteriu. Scot. & etiā S. Tho. videtur dicere quod hoc est de iure naturali & diuino. Quia in hoc sacramēto requiritur maxima libertas, & metus in emptione & vēdītione & alijs contractibus impedit contractus, ergo, & etiam hunc. Et Genes. 2. propter hanc relinquet homo patrē & matrē, & adhēredit uxori sua: ipse adhēredit sua voluntatem totus, & non ab alio. Idē tenet Gabri. Palu. dicit q̄ hoc est ex institutione Ecclesiæ solum quæ potest dirimere matrimonia in quantū sunt cōtractus quidā quæ tamē secula institutione Ecclesia, eisēt vera matrimonia. Hoc dicit. 4. d. 28. q. 1. ar. 3. Idē tenet Maio. 4. d. 20. q. 2. Vt trunq; est probabile. Vocatur autem metus cadens in virū constantē, metus mortis, cruciat⁹: vt dicit or in. c. cū dilectus, de his quæ vi, metusue causa fiunt. Metus stupri in muliere: si quis vellet eam opprimere ut contraheret, & ipsa has timens contrahit, nullum est matrimonium. Metus vinculorū, & seruitutis. De servitute habetur in lege, isti quidem. ff. qui metus causa. Et instit. tit. eo. §. 1. 2. & 3. De vinculis habetur in l. nec timorē. ff. eodem titu. Eতেমā metus eorum malorum quæ istis equiparati. Sed quātitur, si quis contraxit metu cadente in virū constantem, & postea cōsummatu copulam an sit matrimonium? Dico, quod si consentit voluntarie, est matrimonium. Si

verò non consentit, non est matrimonium.

**2691** **Q VÆ R I T V R;** an parētes possint cōgere filios suos ad matrimoniu, nō exspectānō possūt to eorū cōsensu? Resp. quod non. Quia mācōgēre fī-trimonium est actio personalis, & requirit eos ad ma-proprium cōsensum. Possunt tamē parentes timoniū. ante legitimam etatē filiorū pacisci pro eis:

& si illi quando venētunt ad legitimā etatē, non contradixerint: sponsalia reputantur: quia patres sunt procuratores eorum. Sed vtrum filij teneantur obedire parentibus in matrimonio, accipiendo quas parentes mādarunt, vel an peccent mortaliiter contrahētes sive cōsensu parentum? Resp. quod liberi contrahentes sine cōfessu parentum (imō etiā iphis inuitis) non peccant mortaliter, secluso scandalō. Quia licet teneantur eis obedire, non tamen in matrimonio, in quo uno sunt domini sui. Et si aliquæ leges dicant cōtrarium, Como la ley de Toro, que manda, quod tales exhaeredētur. Dico, qd leges ciuilēs nō habent vim circa matrimonia, nisi sint acceptatae in iure Canonico, hęc autem non est acceptata: imō nec in foro cōtentioso iudicatur secundū eam: non est dubiu. Vide de hoc Couarru. 2. par. de sponsa. cap. 3. §. 8.

**270.**  
Error per-  
sonæ quā-  
do impe-  
diat mar-  
rimonium.

**Q VÆ R I T V R;** vtrū error personæ im-pediāt matrimoniu? Resp. Magist. 4. d. 30. & omnes dicunt qd sic. Error personæ, vt in Jacob! Error conditionis personæ, vt si putō me

me contrahere cū libera, & cōtraho cum an-  
cilla, non tenet matrimoniu. Error personæ  
impedit de iure naturali, quia tollit consen-  
sus. Iacob enim nō cōseniorat in Liā. Error  
cōditionis impedit iure positivo, vt patet in  
e. proposuit, dc cōiugio seruorū. Factum est  
autē hoc ab Ecclesia rationabiliter. Quia cō-  
trahens cū serua, manet quodāmodo ieruuus  
& filij manēt serui nō est autē æquum, quod  
quispiam sine calpa sua puniatur tan- graui  
pēna. Alij errores qualitatis & fortunæ nō  
impediunt matrimonium: vt si putē eam pul-  
chrā, & est deformis, diuitē, & est pauper, ja-  
nam, & est ægra, bonā & est mala &c. Si ve-  
rō seruus putet se contrahere cum libera, &  
si illa sit ancilla, tenet matrimoniam: vt dicit  
S. Th. in additionibus. q. 52. ar. 1. ad primū.

**Q V A E R I T V R**, an usus matrimonij pro-  
pter solā delectationē, sit peccatum? Resp. sc̄- Matrimo-  
nandum omnes, quod sic. Quia omnis actus nij usus.  
qui non habet bonū obiectum, est malus: sed  
talis actus nō habet bonum obiectum (nam  
delectatio, cum sit quoddā naturale nullū ob-  
iectum bonum dicit) ergo ille actus non est  
bonus: & sic taliter, erit otiosus, & percon-  
sequens venialis: cum secundam S. Tho. non  
detur actus indifferens in individuo. Item  
talis actus est abusus matrimonij, ergo est  
peccatum. Antecedens patet, quia matrimon-  
ium non fuit institutū ad illud, sed ad gene-  
ran-

randam prolem. Idem est de eo qui comedit propter solam delectationē: quia comedionis finis non est ille, sed sustentatio.

272.

**Vfas mā.**  
matrimonij  
ad vitan-  
dā tētatio-  
nē, an sit  
peccatū?

**QVÆRITVR**, utrum vius matrimonij propter vitādam tentationē carnis in scipio, sit peccatum? S. Tho. q. d. 31. q. 2. ar. 2. dicit quod est veniale. Quia non fuit ad hoc institutum, sed ad bonū fidei, putā ad reddendū debitū, vel ob prolem generādam. Et hæc est opinio fere omniū sanctorū super illud. 1. Corint. 7. Hoc autē secundū indulgētiā dico: quia indulgētia est de peccato veniali. Sed forte intelligendus est. S. Tho. ut ait Palude, quando habet alia remedia ad sedādam passionē: putā orationem, vel ieiunium &c. Si vero non sit aliud remedium, licet erit accedere, propter illud finem. Idem dicendum est de illo qui accedit propter abundantiam seminis, quæ impedit sanitatem de quo. S. Tho. vbi supra, ad ultimum dicit quod est veniale. Albertus autem dicit, quod est licitum sic accedere.

273.

**Abusus**  
**vxoris**  
peccatum  
est.

**QVÆRITVR**, an abusus vxoris sit peccatum mortale? Resp. S. Tho. quod si sit extra vas foemineū, est mortale: & non est dubium de hoc. Si autē sit intra vas, dubitant doctores, an si foemina supergrediatur viro, sit mortale? Caiet. ait, quod si ex hoc impeditur generatione, est mortale. Et ita dicunt omnes doctores. Albertus magnus dicit, quod potest isto modo sequi generatio. Quia matrix non solum est

est receptua, sed & attractua: & ideo credo, & non est mortale. Et idē putat Sylvest. verbo, debitum coniugale. §. 4. Dicit tamen quod tales sunt grauiter reprehendendi.

Q VÆ R I T V R, an oscula, amplexus, & tactus inter virum & uxori, sint peccatum? Resp. secundum Caiet: & Sylvest. & omnes alios bene sentientes, quod omnes prædicti actus quantuncunq; videantur impudicii, si ultimatae ordinatur ad copulā, nō sunt peccata. Et etiā si nō ordinentur ad cōgressum ipsum, non erūt mortale, dūmodo sicut sine periculo pollutionis extravas. Si enim sunt cum tali periculo, erūt mortale. Sine illo autē, vel erūt veniale, vel nullū peccatum. Aduer tāt in hoc cōfessores, ne sint nimis solliciti in interrogatione horū, quę inter cōiuges sūt. Nec cur ēt, q̄ cōfiteantur de his venialibus: melius est enim q̄ caſileant. Et admonendi sunt coniuges, q̄ non tenentur illa confiteri nisi quādo iunt mortalia. Et instruātur quādo committunt mortale, & quando non.

Q VÆ R I T V R, vtrū cōiuges teneātur reddere debitū, sub pœna peccati mortalis? Resp. secundum oēs, q̄ sic. Quia corpus uxoris est viri, & ecōtra: & ob id iniuriā facit qui negat alteri q̄ sumū est. Et si quidē vir periclitetur de incōtinētia, debet uxor reddere statim debitū: quia esset periculum in mora. Si autē nō sit hoc periculum, nō est mortale, si per

274.

Oscula, &  
tactus cō-  
iugatorū  
nō sūt pec-  
cata mor-  
talia.

275.

Cōiuges  
tenentur  
reddere de-  
bitum sub  
pœna pec-  
cati mor-  
talis.

per aliquod breue tēpus differat. Neuter ta  
men coniugum tenerur reddere debitū cum  
deterioriamento salutis, vel p̄prię personę. Vnde  
si sit maritus leprosus, o con mal de bubas, si  
est periculū iudicio medicorū, non tenetur  
reddere. Quia licet cap. 2. de cōiugio leproso  
dicatur quōd nō potest mulier sana relinque  
re maritū leprosum, & quōd tenetur redde  
re debitum: tamen intelligēdum est, quando  
hoc potest fieri sine infectione ipsius vxoris.

276.

*Vir accedens ad uxore menstruatam, en peccato et taliter ext*

Q Y A E R I T V R , vtrūm quando mulier  
patitur mēstruum, & sanguinis fluxū possit  
vir petere debitū, & illa teneatur reddere? Videtur quōd non. Quia in lege veteri erat  
prohibitū: & Hicrō dicit super Esai. 44. q̄ si  
cōceptio fiat tēpore menstrui, proles naici  
tur leprosa, maculosa, & debilis, q̄ & appro  
bāt naturales: ergo S. Tho. 4. d. 32. q. 2. arti. 2.  
dicit duo. Primo, q̄ in lege veteri erat morta  
le: nā erat præceptū in cōtrarium, Leuit. 18.  
Secundo dicit, quōd præceptum illud par  
tim erat cæmoniale, & partim morale: &  
ideo etiam nunc obligat ex ea parte qua est  
morale, & ex dāno quod sequitur in prole.  
Pro huius igitur declaratione ponit S. Tho.  
distinctionē. Duplex est sanguinis fluxus in  
mulierib⁹. Quidā in naturalis & perpetuus,  
sicut erat ille quē patiebatur mulier quæ te  
tiguit fimbriam Christi. Et si vxor talem flu  
xum patiatur, licitum est quōd reddat, & pe  
titat

tat debitum. Quia melius est quod sequatur factus defectuosis, quam quod nullus sequatur. Alius est fluxus naturalis, qui prouenit in quolibet mense. Et tunc non debet exigere, quia postea manet tempus. Si autem vir neciens illud, petat debitum, respondeat ipsa quod non bene habet. Non tamē debet dicere se mestruata esse (ut ait S. Tho.) quia viri faciliter a grē ferunt illud, & cōcipiunt horrē de mulieribus: & ne hoc sequatur, debent potius hoc tacere mulieres, vel alia via te excusare: quia debet dari opera, ut inter eos, amor crearet. Tamen si maritus instet, illa nō multū repugnet, sed reddat debitū propter periculum corruptionis in viro. Et quoniam non est certum, quod ex tali cōcupitu sequatur proles infecta, vel si sequatur hoc erit ratō: ideo maritus accedens ad uxorem menstruatā, vel illa petens ab eo debitū non peccat mortaliter, quicquid dicat Sylu. sed erit peccatum veniale, ut dicit Caſer. in Summa, & Palud. Et ita tenendum est.

**Q VÆ R I T V R**, an sponsa ante benedictionem Ecclesiæ, teneatur reddere debitū marito peteti? **R e s p.** quod infra duos mēses ante benedictionem Ecclesiæ post matrimonium de praesenti non tenetur reddere debitum. Quia dantur illa ad hoc, quod si voluerit Religionē ingredi, intret. Nec etiā post illos duos mēses tenetur reddere ante benedictionem.

Spē sara  
te Ecclesiæ  
būdītī o.  
nīs non te  
natur red-  
dere debi-  
tum spōso  
petenti.

dictionē Ecclesiæ : sicut nec tenetur marito petēti in Ecclesia. Quia vtrūq; est phibitū.

278.  
Accedere  
ad vxore  
i festo an  
liceat.

In magnis festinatibus dicū sancti, quod nō debent conuenire in uicē: quia oportet vacare diuinis. Si tamen de facto conueniant, licet sit aliqua irreuerētia, non tamē est mortale, & sancti consulunt, quod melius est. Vir autē qui habuit rem cū propria uxore nocte præcedēte communionē melius faciet non communicando illo die, sed differat in aliū diem, & idē de uxore. Si autē communient, nō erit mortale, sed veniale, propter irreuerētiam.

279.  
Accedere  
ad suā v.  
xorē i Ec-  
clesia tépo  
re belli, an  
liceat.

In loco autem sacro, non licet accedere ad propriā quia pollueretur Ecclesia. Tēpore tamen belli, quādo morantur in Ecclesia per multū tempus, dicit Cajet. opusc. 16. q. 14. dubio. 4. & Palud. 4. d. 22: quod non licet ullo modo accedere ad suā etiā xorē. Maio. ait, quod illo tunc licet. Et Sylvestr dicit, quod si timeatur corruptela in viro, liceret uxori reddere ei debitū. Hoc est probabile, & fortè verum: sed opinio Cajetani est securior.

280.  
Coniuges  
an possint  
coniunctū  
vouere.

QVÆRITVR, vtrū coniuges possint vouere continentia? Resp. Primo quod hoc nō expedit, si sint in iuuentute, propter periculu. Secundo dico, quod si ex mutuo consensu hoc fecerint, licitū est, & votū tenet. Sed vtrum alter solus possit vouere? Dico quod male faciet: quia est in iniuriam alterius. Sed queritur, an si fecerit votū vir, possit nihil minus

minus reddere debitum? S. Th. in additionib.  
ad. 3. par. q. 53. ar. 1. ad. 4. dicit quod tunc tenetur  
reddere, & licet est ei exigere: cum Paulus di-  
cat: Nolite fraudare iunice. Et non debet vir  
ponere se in tali statu, quod non sit potens rele-  
vare uxorem ab onere petendi debitum. Caie. lib.  
16. questionu. q. 6. dicit quod tale votum tenet.  
Et vir non potest petere, licet tamquam, & tene-  
tur reddere. Idem dicit Paulus. Sed mihi magis  
placet opinio S. Tho. Et ita tenendum est.

**Q**UOD V. A. R. I. T. V. R. vtrum Papa possit dispense-  
re in matrimonio rato non consummato? Co-  
munis opinio Canonistarum est, quod potest & quod  
sic dispenses possunt transire ad secundas nu-  
ptias, ex iuxta & rationabili causa, ad petitio-  
nem amborum coniugum. Hoc. Joannes Andreas Papa  
super cap. ex publico: in suis nouellis. Et Ar-  
chidiaco, in c. qua propter. 27. q. 2. Et Bene-  
dictus in ca: ex publico. Sylvestris allegat pro  
hac opinione. Summam Angelicam. S. Anto-  
nius. 3. p. tit. 1. ca. 21. videtur esse cum Canonis  
stis: & dicit se legisse Bullas Martini 5. & Eu-  
genij. 4. in quibus dispensatum est circa hoc.  
Et Caie. quodlibet. 1. q. 13. tenet quod Papa po-  
test dispensare. Hac opinio videtur proba-  
bilis, sed malo tenere cum opinione communis  
quod Papa non potest dispensare. Nam Paulus  
dicit. Corint. 7. His autem, qui matrimonio  
coniuncti sunt, principio, non ego, sed dominus, uxo-  
rem a viro non recedere. Et Matth. 19. Quos

la matrimoni  
o rato no  
summato,  
an possit  
Papa di-

spensare?

D<sup>o</sup>cus cōfūnxit, homo non separat. Et cum Christus dixerit ibidem, quod non licet uxori dimittere, nisi propter fornicationē, iam inueniretur alia exceptio, scilicet dispensatio Papaz. Teneamus igitur eam rotā caterua Theologorū, q<sup>uod</sup> Papa non potest dispensare in matrimonio rato. Vide Sylvestrum verb. Diuortium. §. 1. & 4.

**281.** Q<sup>UOD</sup> E<sup>R</sup> I<sup>T</sup> V<sup>R</sup>, de impedimentis matrimonij. Sunt quidem aliquæ quæ impediunt matrimonium: tamen si fiat, factum tenet. vt est tempus in quo matrimonium fieri prohibetur; & tamē si fiat in diebus prohibitis, factum tenet. Alia sunt impedimenta quæ impediunt matrimonium faciendum, & dirimunt sicutum: & hæc sunt sexdecim in his verbis contēta. Error, cōditio, yetum, cognatio, criminē: Cultus disparitas, vis, ordo, ligamē, honestas: Si sis affinis, si forte coire nequibus? Hæc facienda yetant connubia, facta retractant. Agamus igitur de his omnibus.

**282.** Q<sup>UOD</sup> E<sup>R</sup> I<sup>T</sup> V<sup>R</sup>, an si fuerit aliquis impotens ad cōcubitum, teneat matrimonium cum illo? Resp. q<sup>uod</sup> duplex est impotentia. Quædam p̄petua: & hæc tā in viro, quām in foemina matrimonij. irritat matrimonium: vt si spado cōtrahat matrimonium, nō tenet, vt in c. 1. de frigidis, & malificiatis. Si autē post matrimonium superueniat impedimentum, non irritat matrimonium. nā quod semel fuit matrimonii, semper erit

erit firmū. Et hoc impedimentū iure naturali  
irritat matrimoniu: sicut iure naturali pro-  
hibetur duæ foemine contrahere inuicē. Sed  
quomodo cognoscetur, an talis impotentia  
sit perpetua? Res. q̄ debet esse per trienium  
iusti, & dare operā rei uxoricię, & si post trien-  
ium constet de impotētia alicuius, debet se-  
parari: ut habetur in causa laudabile, in illo titu-  
lo. Sed si statim posse agnoscit q̄ sit impotē-  
tia perpetua, statim debet separari. Vide Syl-  
vest. verbo matrimonium. 8. §. viii.

Q V A E R I T V R , de pueris habentibus  
quidē vium rationis, an possint contrahere  
ante decimum quartum annum? Resp. q̄ nō.  
Quia est determinatio Ecclesię, q̄ pueri an-  
te decimum quartum annum, & puellæ ante  
duodecimum non possint contrahere: vt pa-  
tet in c. puberes. & c. cotinebatur. de despō-  
sa. impuber. quod fuit determinatum ppter  
ratione Arist. dicentis, quod ante illam etatē  
non sunt habiles ad generādum. Si tamē  
ante prædictam etatē contrahant quanvis  
nō sit matrimoniu: sunt sponsalia, ex iurijs di-  
spensatione, & tenentur postea contrahere,  
vt patet in cap. vñico de despons. impuber.  
lib. 6. Si autē parvū ante legitimam etatem  
contrahat, & coniūmet matrimoniu: vt  
puta sit in anno. 13. & foemina in 11. cridū  
matrimoniu: ut habetur in c. de illis. & de de-  
spolatione impuber. Et etiā circa iurijs debet

294.  
Pueri an-  
te. 14. an-  
nū no pol-  
sunt contra  
hēre.

minatione, patet quod sit ibi verum matrimonium, quia illa erant sponsalia, & copula superueniens facit matrimonium, ergo. Et si sint iusta habiles ad generandum, etiam si non consummaverint, erit matrimonium, malitia etate supplete, ut etiam ait textus. Sponsalia vero ex iuris dispositione possunt celebrari in secundum celeptem punctionem, & etiam si sint propere septennium: ut brani posse tenet S. Tho. 4. d. 27. & est communis opinio, licet Panormita. teneat contrarium.

185. Sequitur aliud impedimentum, scilicet maleficiam, quod aliquando arte demonis (de quo ait & legamus Job, quod non est potestas super terram que comparet ei) invenitur inter coniuges. Potest in matrimonium posse reddere frigidum & facere ne possit membrum arrigere, & impedit decisione semenis, applicando actiua passiuia. Quanvis posset esse tantus amor inter coniuges, quod eorum calor preualeat, & superet ea que de non apponit, ut infrigidet. Vnde dicit Albertus Magnus, quod ista maleficia maxime contingunt circa rusticos.

236. Q U A R T U R, ergo an hoc ligamen impedit matrimonium? Resp. quod si hoc continget post matrimonium factum non impedit. Si vero ante matrimonium, tunc si est perpetuum, impedit: si autem sit temporal, non impedit. Sic habetur in capitulo ultimo de frigidis. Cognoscatur autem hoc maleficium, si posuit cum aliena, & non a propria. Et debet simul habitare per tricen-

triennium, & si non possint conuenire, tunc reputabitur maleficium perpetuum.

**Q VÆ R I T V R**, an amētia, seu furor impedit matrimonium? Resp. q̄ amentes non possunt cōtrahere: & si cōtrahant, matrimoniu non tenet. Quia ad matrimoniu requiri-

287.

Amentia,

&amp; furor, an

impedit

matrimo-

nū.

tur consensus, & ȳsus rationis, quo illi varēt. Itē, nemo se potest ad aliquid obligare, nisi voluntarie & libere, isti autē nō habet libertatem arbitrij, ergo. Ad iritandum verò matrimoniu non sufficit, q̄ amētia p̄cesserit, vel sequatur ipsum matrimoniu: sed requiritur q̄ sit amens, tēpore quo contrahit. Si autem post matrimoniu contractū vir inciderit in amentiā, non dirimitur matrimoniu: & putō probabilissimum, quod tunc non teneatur vxor reddere debitum marito petenti: quia nō libere petit, nisi timeat corruptelas alias in viro, & quod querat alienas.

**Q VÆ R I T V R**, de impedimento criminis quod est incestus: an si quis cognovit aliquā, & posteā cōtrahit cū iorore eius, tenet matrimonium? Reip. q̄ crime incestus duplē citer impedit matrimoniu. Vno modo propter affinitatē: quia est affinis illius, et in qua contrahit, intra quartum gradum: & de hoc dicimus infra. Alio modo habet impedire matrimonium, ex hoc, q̄ cognovit coniugineā eius, cū qua cōtrahit: & de hoc querimus, utrū tale crime incestus impedit matrimoniu.

288.

Crime in-

cestus im- pe-

dit matrimo-

nū.

224 De Impedimento criminis;  
monium. Resp. S. Tho. in additio. q. 5. ar. 4. q.  
si quispiā cognouit cōsanguineā uxoris ante  
matrimoniu contractū, & etiā post ipsa alia,  
debet matrimoniu separari, propter affinita  
tē quā contraxit cum sua sponsa, cognoscē  
do consanguineam eius. At si talis incestus  
quatur post matrimonium iā contractum, &  
consummatum, nō dirimit illud: sed in pena  
peccati, nō potest vir pater debitum a pro  
pria uxore, & si petat, peccat mortaliter: nec  
uxor tenetur ei reddere debitum. Si tamen  
uxor petat, ille tenetur reddere: quia uxor  
non debet puniri pro peccato viri. Habetur  
de hoc plura capitula, in titulo: si quis cog  
nouerit consanguineā uxoris sua. Et. 32. q. 7.  
c. si quis viduā. & c. qui dormierat. & ca. con  
cubuisti. Verum est, quod si quis ignorans es  
se consanguineā uxoris suę, accederet ad eā,  
quod poterit petere dubium ab uxore, quia  
illud nō fuit peccatum incestus, sed fornicationis.  
Hoc dicunt Docto. & Palu. 4. d. 34. q. 1:  
ar. 2. Idem etiam dicendum est, si mulier cu  
buit cum cōsanguineo marito intra quartum  
gradum, adē enim pena punietur, quia ma  
ritus: scilicet quod non poterit exigere, &  
tenebitur reddere debitum.

225. Q V A E R I T V R , an causa fornicationis  
Fornicāre  
uxore po  
test dimitt  
tere ma

titas sit certus de prole sua, et non potest cor*ritus*, nō  
sciri si sit adulteria uxori. Atque quia matrimonio si in quib*calibus*  
niū est cōtractus, & dāt sibi inuicē fidē con-  
iuges, ergo altero frangēte, alius reuinabit  
liber. Excipiuntur aliqui casus ab hac regula.  
Prim*o* si ambo cōmiseriꝫ adulteriū, quia iā  
est ibi recōpensatio. Iste casus de alijs sequen-  
tes sunt expressi*in iure*. 32. q. 6. p*c*it cōtē*et cō-*  
*cūdus*, Samaritus propriam uxoriē proficiue-  
rit pro peccania, vel alia re. Hic ponitur in ca-  
discretione, de eo qui cognouit consanguini-  
nā uxoris suar*is*. Addit Palud. quidem est iudi-  
ciū, si ipse maritus viderit, & non prohibue-  
rit. Tertius, vbi uxor putans se cum uxore cō-  
gredi, decepta est ignorāter, aut cōtraxit,  
putans esse mortuum. Hoc habetur in c. c. cū  
per bellicā. 34. q. 1. & 2. & ibidem. ca. in lecto.  
Quartus, si fuerit vi oppressa, ut habetur in  
c. proposito. 32. q. 3. Quintus, si vir postquam  
reconciliatus est uxori, cognouerit eam: tūc  
non poterit eam relinquere: ut dicitur. 31. q.  
1. c. 1. & 2. & in letim. C. de adulterijs. Sex-  
tus, si uxor infidelis ab eo repudiata contra-  
xerit cum aliquo, & posse avenirant ambo ad  
fidem, debent iterum conuenire, extra de di-  
uinitijs. ca. gaudemus. §. vltimo.

Q V A E R I T U R , an vir teneatur dimitt-  
tere uxoriē adulteriā? Resp. q*nō*, sed potest  
cum ea manere: nisi uxor sit adeo incorrigi-  
bilis, q*uod* ratione scādali, nem̄ in peccatis

Vir qua-  
do te-  
nēt  
uxoriē  
adulteriā  
di-  
missa.

etius videatur consentire: tunc enim tenetur ab ea separari. Hec vero separatio ab uxori adultera, quoad totum quidem potest fieri sine iudicio Ecclesie, quoad habitationem vero non. Ita tenent omnes Docto. Limitat tam Sylvest. verbo diuor. 8. quod illud est verum, quando adulterium est occultum, si enim sit notum quod adultera illa cum Mocho plures dies habitauerit, tunc sine licetia ecclesie potest ab ea separari quoad habitationem. Patet ex cap. significasti de diuortijs, ubi est casus expulsus. Idem tenet Ioan. Andre. in cap. plurimq; de donationibus inter virum, & uxorem.

**Ordo impedit matrimonij.**

QVÆRITVR, an Ordo impediat matrimoniū? Resp. quod sic, sed solum de iure positivo. Vnde etiam dicit S. Th. quod Papa ex rationabili causa potest dispescere. Nec Gracis sacerdotes utentes uxoribus, faciunt contra ius diuinum. Dico igitur quod sacerdos, Diaconus, & Subdiaconus, non possunt contrahere, quia est prohibitus ab Ecclesia. Si autem contrahant, matrimonium est ipso facto nullum. Si vero post matrimonium ratum quispiam ordinetur, non dirimitur matrimonium, sed tenetur manere cum uxore: ut patet in extruagante antiqua, Ioan. 22.

**Occidente xpste, ut contrahat eū concubina, non**

QVÆRITVR, an si quis occiderit priam uxorem, ut contrahat cum concubina, matrimonium sit validum? Resp. quod tales matrimonium est irritum, & nullum ex determinatione Ecclesie, in c. super hoc, de eo quiduxit in ma-

crimenium quā polluerat per adulteriu. Sed si ecōtrario vxor virū occiderit, vt cōtrahat cum adultero, matrimoniu tenebit: quia in iure de hoc nihil est cautū. Siverò aliquis derit fidem cōcubinū, quōd vxore mortua, cōtrahet cū illa, non potest cōtrahere cū ea. Vide iura in illo titulo, de eo qui duxit &c. At si quispiā occiderit vxorē deprehēsam in adulterio, peccat mortaliter, secundū S. Th. quanvis iura hoc non puniant. Si verò talis adultera sit iam à iudice damnata ad mortē, poterit maritns eam occidere sicut lictor: quicquid dicam Canonistæ. Non potest tamen maritus ad hoc cogi, sicut lictor.

Occidens  
vxorem ē  
adulterio  
deprehē-  
sam, pec-  
cat.

**Q VÆ R I T V R**, vtrūm votū impedit matrimoniu? Resp. qd duplex est votū. Quod dām est solenne, alterum vero simplex. Votū solēne impedit contrahendum, & dirimit cōtractum. Votum autem simplex impedit cōtrahendum, sed non dirimit cōtractum. Sunt de hoc multa iure expressa in titulo de voto.

Votū sim-  
plex, & so-  
lēne, Impe-  
dit matrim-  
onium, sed diuersi  
modi.

Et qui post votū simplex castitatis contraxit, peccat quotiescumq; exigit debitum? potest tamen reddere, non solum quādo vxor perierit, sed etiam quando cumq; sibi videbitur honestum accedere ad eam, aut quando senserit, quōd ipsa vult, aut quod egat, aut quod est periculum incōtinentie: vt dicit S. Tho. in additionibus. q. 8, art. 1. ad quartum.

**Q VÆ R I T V R**, an cultus disparitas

202.

**Fidelis cū infidele cōtraheat non potest,** (hoc est infidelitas) impediat matrimonium. Resp. quod inter infideles sunt vera matrimonia. Et ita tenent omnes, & est determinatio Ecclesiae in ea. gaudemus, de diuortijs. Secundò dicit S. Tho. quod inter infideles non est tam perpetuum, & tam indissolubile matrimonium sicut inter fideles; quia non est sacramentum, ac proinde, nec confert gratiam, sed est quidam contractus humanus. Si autem contrahat fidelis cum infideli, matrimonium nullum est de iurepositiō, quia est prohibitum ab Ecclesia: ut patet in Concil. Tolet. 4. ca. 62. & in Cōcil. Agathēsi. ca. 64.

**Cognatio carnalis impedit matrimonium?** Resp. primum, quod iure naturali prohibiti sunt parentes contrahere cum liberis. Nam omnes homines, etiam Gentiles, damnant talia coniugia: nec de hoc quispiam dubitat. Et sunt egregiae rationes assignatae in sacra scriptura. Vide S. Thomi. & etiam cum alijs descendētibus &c. Item in primo gradu transuersali inter fratres, & sorores, probabile est, quod est contrarius naturale. Prohibiti vero sunt ab Ecclesia quatuor gradus, qui irritant matrimonium: ut patet in cap. non debet, de consanguinitate, & affinitate. Fuerūt antiquitus prohibiti septem gradus: ut patet. 3. q. 4. Papaliter potest dispensare in gradibus, qui non sunt prohibiti iure naturali: ut sit pax inter familias,

vel ob confederationē regnū, vel ob aliā nationabilē causam. In. 4. autē gradu causa nationabilis est quod ipsi cōtrahentes p̄tāt. Dupetatio tamen in gradibus iure humano prohibitis, fieri solita, successit causa quætt: n̄ nihilominus t̄t̄net. De computatione conguinitatis; vide Sylvestrum, &c. alios.

Impedit etiā matrimonii affinitas; vñq; ad quartu gradū: vt patet in canō debet, de sanguini & affinit. Et nō solum affinitas inter eos sanguinos uxoris, sed etiā inter eos sanguinos locuti, & concubinæ mez. Quanuisq; credo) h̄ec ultima affinitas cōtrahatur propter inhumanitatem & nō ex natura rei, vt prima. Est autē regula ad computādū affinitatē, quod in eodē gradū sum affinis P̄terū; in quo uxore eius sit inibi consanguinitas.

De impedimento publicæ honestatis cōfato. ex sponsalibus de futuro, dico, quod est vinculum invenitum ab Ecclesia, quæ decreuit, quod per hoc, quod aliquis cōtraxit spousalium Mariæ, non possit contrahec cōm̄ confanguinita eius vñq; ad quartum gradū. Et impedit matrimonium eodem modo, ac affinitas, vt patet in cap. ex sponsalibus, de sponsalibus lib: 6.

Q. V. A. R. & T. V. R, an parentes teneantur alere filios illegitimos? Resp. quod nō est dubitandum quia tam pater, quam mater teneat alere filios, qui nō dum attigerunt vñ sui.

295.  
Affinitas  
vñque ad  
quartum  
gradū im-  
pedit ma-  
trimoniū.

297.  
Publicæ A-  
honestatis  
ex spousa-  
bus impes-  
dit matru-  
moniū. Vñ  
affinitas.

298.  
Pateres an  
teneantur  
alere filios  
ilegiti-  
mos.

306. De filijs illegitimis.  
rationis. Quia oēs gētes putant dānabile te  
linquere filios in a tate infantili, in qua non  
possunt sibi victū querere. Et si exponat eos  
ut ab alijs salātus, videtur certe quōd peccet  
mortaliter. Secūdo dico, q̄ cōsiderando pr̄g  
dictos filios postquā habent vsum rationis,  
est distinguendū. Nam quidam filij illegitimi  
sunt qui vocātur naturales, soluti cū ioluta,  
suscepti ex cōcubina. Alij sunt ex concubita  
dānato, vt suscepti ex adulterio, vel moniali,  
qui vocātur spuri. Et iniure determinatur,  
quōd parētes teneantur a lcre primos filios,  
qui habētur à concubina, tanquā ab uxore.  
Alios verò filios spurios non tenētur parē-  
tes a lcre. Et in pœnam illius damnati coitus  
prætereuntur in testamentis, vt homines ab  
huiusmodi concubitu pessimo arceantur.

229. Amic' cui  
pater reli-  
quis bona  
p̄ filio spu-  
rio. tene-  
tur illa si  
amicus teneatur dare bona illa. filia & vtrū  
date: & spu-  
rio. licite  
recipit. p. r.  
Sed quid de casu qui s̄pē est in vſu? ego ha-  
beo filiā spuriā, quam no possūm insticuerē  
hāredē, quia leges hoc vetant: voco amicum  
meum, & cōstituo eum hāredem talī pacto,  
quōd omnia bona det filiē meā: vtrū talis  
amicus teneatur dare bona illa. filia & vtrū  
date: & spu-  
rio. licite  
accipere, & possidere, postquā lege munici-  
pali prædicta bona sunt vallata? Resp. q̄ om-  
ne pronissum est de iure naturali adiāplē-  
dū, & ideo talis amicus in foro cōscientię re-  
netur dare ea bona filię meę: si rex illa no cō-  
fiscauerit: & illa licite recipiet, & possidebit

Ecce in foro conscientia, non est dubium.

**Q**VÆRITVR, an cognatio spiritualis impedit matrimonium? Cognatio ista spiritualis diffinitur a S. Tho. & alijs: quod sit propinquitas quedam orta ex hoc, quod alquis confert sacramentum, vel tenet aliquem ad iusciplendum sacramentum, Baptismi, scilicet, vel Confirmationis. Triplex est igitur cognatio spiritualis: quædam, quæ vocatur Paternitas, quæ est inter regenerantem, & regeneratum: & capio regenerationem, ut se extendat ad confirmationem: nam in proposito, id est iudicium de confirmante, & de baptizante: & talis non potest contrahere cum baptizato, vel confirmato: & cum uxore eius iam ab eo cognita, & cum filiis eorum. Secunda vocatur copaternitas, quæ est inter patrem spirituale, & patrem naturale, & matrem naturalem. Vide c. i. de cognatione legali. lib. 8. vbi omnia ista ponuntur.

Cognatio legalis contrahitur per hoc, quod quis adoptat sibi filium. Et sunt duæ species huius cognationis: scilicet paternitas, & fraternitas. Paternitas contrahitur inter adoptantem, & filium adoptium: qui quidem non possunt contrahere. Fraternitas vero contrahitur inter filios naturales adoptatis, & inter adoptium. Et etiam impedit matrimonium, si filius adoptatus transit in potestatem adoptatis: sed si non transit (quod fit quando adoptans moritur, vel quando adoptatus emancipatur ab

300.  
Cognatio  
spiritualis  
impedit  
matrimo-  
nium.

302.  
Cognatio  
legalis im-  
pedit ma-  
trimoniu-

302. De Matrimonio.  
ab adoptante) tunc potest contrahere cum  
filibus adoptantis, ut patet in cap. si quis de  
cognitione legali.

303. Q. VÆR. I T V R, an omnes illi & soli cō-  
sanguinitatis & affinitatis gradus, qui Leui-  
tico exprimuntur, possint impedire matri-  
monium contrahendum, & dirimere cōtractū?  
Reip. negatiue, quod nec omnes illi, nec illi  
soli: & ita firma fide tenendum est nam in Cō-  
cil. Trident. Sessio. 24. Can. 3. hoc diffinitur  
his verbis. Si quis dixerit, eos tantum cōsan-  
guinitatis, & affinitatis gradus, qui in Leui-  
tico exprimuntur, possint impedire matrimo-  
nium contrahendum, & dirimere cōtractū,  
anathema sit.

304. Q. VÆR. I T V R, an in Ecclesia catholica  
sit autoritas, & potestas ad cōndendum de-  
novo aliqua legitima impedimenta, quæ im-  
pediant matrimonium contrahendum, & diri-  
mant contractū. Similiter q̄. habeat potesta-  
tem deponendi, & nullandi ea impedimenta,  
quæ olim legitime impediēbāt matrimo-  
nium contrahendum, & dirimēbant contra-  
ctū. Reip. affirmatiue, & ita firma fide te-  
nendum est: sic enim diffinitur in illo. 3. Ca-  
no. his verbis. Si quis dixerit, non posse Eu-  
ccliam in nonnullis illorum Leuitici impe-  
dimentis dispensare, aut constitutere, ut plu-  
res impedian, & dirimant; anathema sit. Itē  
probatur, quod Ecclesia catholica prædicta  
ha-

habeat potestatem. Nam olim consanguinitas impeditbat, & dirimebat matrimonium, vsq; ad septimum gradum: postmodum autem fuit ordinatum & stabilitum, vt non impedit nisi vsq; ad quartum gradum: vt habes de consanguinitate, & affinitate, c. quare. Item olim vsq; ad Concilium Tridentinum, affinitas ex fornicatione contracta, impeditbat, & dirimebat matrimonium, vsq; ad quartum gradum. At vero nunc post Concilium prædictum, non impedit, nec dirimit, nisi vsq; ad secundum gradum, vt habes sessione proprius allegata. c. 4.

Item cognatio spiritualis, que nascitur ex administratione sacramenti Baptismatis, & sacramenti Confirmationis, olim per tres gradus matrimonium impeditbar. At iam post præallegatum Concilium, duntaxat in duabus gradibus matrimonium impedit, & dirimit: vt habes in loco nunc præallegato. c. 2.

Item, publicæ honestatis iustitia, quæ ex spousalibus de futuro oriebatur, impeditbat, & dirimebat matrimonium, etiam si essent inualida sponsalia: dum tamen inualidatio illa non proneniret ex defectu consensus contractum. At vero post Trid. Concil. c. 3. loco citato, nihil impediunt, si sunt inualida. Unde cunq; inualidatio fuerit orta.

Item, publicæ honestatis iustitia, quæ olim per plures gradus impeditbat, & dirimbat

304. De Matrimonio:  
bat matrimoniu, iā nunc, vt patet in. c. illo, q.  
proxime allegato, nō excedit primū gradū.

Itē, clādēstinus matrimonij contractus tē-  
poribus anteactis non dirimebat matrimon-  
ium sic cōtractum nunc iam dirimit ipsum;  
vt sancitum est in codē Concil. & Sess. de re-  
formatione matrimonij. c. 1. Habet ergo Ec-  
clesia potestatem & autoritatem ad condē-  
dam de novo legitima impedimenta, quæ &  
impediant, & dirimant matrimonium; & vt  
quæ olim illud legitime impediabant, & diti-  
mebant, iam neutrum faciant.

304. QVÆ RITVR, an sint aliquæ causæ,  
propter quas matrimonium inter fideles se-  
mel validu, & firmum, dissolui quoad vinculū  
poisit? Resp. quod si de matrimonio rato, &  
cōsumato sit fermo, sub Deo & Christo Iesu  
dño nostro (sola morte alterius coniugū ex-  
cepta) nulla est causa, nullaque potestas, quā  
possit matrimoniu quoad vinculū dissolui:  
hęc sentētia est cōmunis, & vnanimi omniū  
sanctorū doctorū assertione probata, quę li-  
quido cōstat ex illo Matt. 19. Quos Deus cō-  
iunxit, homo non separat. Essetq; hæreticū,  
oppositū afferere. Dicimus secuudo, q̄ si de  
matrimonio rato, nō tamē consummato, lo-  
quuntur: vna est causa, qua quoad vinculum  
dissolui potest. Et hęc est solennis profēsio  
Religionis. Et ita si me fide tenendū est. Sic  
enīm suis totius Ecclesię catholicę docuit ab-

antiquo, & insuper ita diffinitum est in Cōc.  
Trid. Sels. 24. de Matrimonio. Can. 6. cuius  
verba sunt. Si quis dixerit matrimonium ra-  
tum nō consummatu, per solennē Religionis  
professionē alterius coniugum, non dirimis;  
anathema sit. Est & alia causa, qua dictū ma-  
trimonium quoad vinculum dissolui potest,  
dispiciatio videlicet summi Pontificis. Quid  
quidē nō aliter probatur, nisi per hoc, quāsum  
mus Pontifex aliquoties dispensavit, & licē-  
tiā, facultateq; contulit, ut tales coniuges ad  
secundas nuptias transirent. Hoc tamenē non  
tantam firmitatē, aut probabilitatem habet  
quin opositum securius, & probabilius dici  
posset, ut habes supra, q. 281.

Tertiō dicimus, quā matrimonij vinculum in-  
ter veros cōiuges, nec dissoluitur, nec disso-  
lui potest per adulteriū adulterius cōiugum:  
vnde tal' adulterio interueniente, neuter cōiu-  
gum potest aliud matrimoniū contrahere. Et  
ita firma fide tenendū est. Sic enim diffinitur  
in loco statim allegato Cā. 7. cuius verba sunt.  
Si quis dixerit Ecclesiā errare, cūm docet &  
docuit iuxta Euāgelicā & Apostolicā doctri-  
nā, propter adulteriū alterius cōiugū, mat-  
rimonij vinculum nō posse dissolui, & utrumq;  
vel etiā innocentē, qui causam adulterio nō  
dedit, non posse, altero cōiuge viuente, aliad  
matrimonium contrahere: moechariq; eū, qui  
dimisi adultera, aliam duxerit: & eam, quæ  
dimisi

305. *De Matrimonio;*  
dimisso adultero, alij nupserit anathema sit.  
Quarto dicimus, quod nes per heresim, nec  
per molestā cohabitationē, nec per affectatā  
absentiā à cōiuge, potest inter ceteros cōiu-  
ges vinculū dissolui matrimonij: & ita firma  
fide tenēdum est. Sic enim diffinire vbi su-  
pra, Can. 5. cuius verba sunt. Si quis dixerit,  
propter heresim, aut molestā cohabitationē  
aut affectatā absentiā à cōiuge, dissolui pos-  
sem matrimonij vinculum: anathema sit.

305. *Q V A E R I T V R*, an in Ecclesia inter ce-  
ters coniuges possit multis de causis diuor-  
tium quoad totum, seu quoad cohabitatio-  
nem fiet? Respon. affirmatiū ē, quod multas  
Ecclesia catholica habet causas, propter qua-  
rum quamlibet potest supradictū facere di-  
uortium. Et ita firma fide tenēdum est: quo-  
niam sic diffinitur vbi supra Canon. 8. vbi sic  
habetur. Si quis dixerit Ecclesiā errare, cum  
ob multas causas separationes inter coniu-  
ges, quoad totum, seu quoad cohabitatio-  
nem, ad certū incertumque tempus fici pos-  
se decernit, anathema sit.

306. *Q V A E R I T V R*; an solennitas nuptia-  
rum certis temporibus fieri prohibita, licita  
sit, sive q̄ merito obseruādæ benedictiones,  
aliq̄ ceremoniæ quibus Ecclesia in solenni-  
tate nuptiarum vtitur. Respondeatur affirmatiū  
ē, & ita secundum fidem tenendum est,  
quoniam sic diffinitur in predicto concil. &  
sessio.

**Sessio. Cano. 11.** cuius verba sunt. **S**i quis dixerit prohibitionē solēnitatis nuptiarum certis anni temporibus, superstitionem esse tyrannicā, ab Ethnicorum superstitione profectā, aut benedictiones, & alias c̄remonias, quibus Ecclesia in illis vtitur, damnauerint, anathema sit. **S**ūt autē cause matrimoniales ad iudices Ecclesiasticos deferendę, ad quos proprię spectant: sic enim diffinitū est in p̄dicto Cōc. & Sess. Can. 12. his verbis. **S**i quis dixerit causas matrimoniales non spectare ad iudices Ecclesiasticos: anathema sit.

**Q**VÆ RITVR, an professi solēni voto castitatem, & etiam illi, qui in sacris Ordinib⁹ sunt constituti, possint matrimoniu contrahere, quod firmum sit, & validum? **R**espōdetur negatiū, neque enim licitē contrahe-re possunt: quod si contrahant totum est irritum & inane: nam ita diffinitur vbi supra, Cano. 9. huis verbis. **S**i quis dixerit clericos in sanctis Ordinib⁹ constitutos, vel regulares castitatem solenniter professos, posse matrimoniu contrahere contractumq; validum esse, non obstante lege Ecclesiastica, vel voto: & oppositū nihil aliud esse quā dānare matrimoniu possitq; omnes contrahere matrimoniu, qui non tentiunt se castitatis, etiā si eam voulent, habere donū anathema sit. **C**ū Deus id recte petetibus nō deneget nec patiatur nos supra id q̄ possumus, tentari.

QVÆRITVR, an rationabiliter Ecclesiæ  
fis prohibuerit sacerdotibus, ne matrimo-  
niū contraherentur? (nec enim huiusmodi pro-  
hibitio est de iure diuino: ut dicit D. Thos. 2.  
q. 88. ar. 11. & patet quia orientali Sacerdoti  
est licita copula carnalis vxoris, quam habuit  
priusquam ordinaretur.) Et videtur quod nō,  
quia Orientales Sacerdotes, ut diximus, sunt  
vxorati. Itē quia multa scandalā per abrogā-  
tionē huius legis vitarentur, quæ paſsim cō-  
tingunt: ergo melius esset, q[uod] quilibet sacer-  
dos suo arbitrio relinquatur, ut ille qui vel-  
let continēt et viuere, ita viuet, & qui velle  
vixore ducere, cā duceret. Præterea, Legales  
sacerdotes vxores habebant. Itē & fortius,  
quia in primitua Ecclesia nō solū simplices  
sacerdotes, sed etiā Episcopierat vxorati, ut  
patet ex Apostolo. 1. Timot. 3. Oportet Epis-  
copum irreprehensibilem esse, viuis vxoris  
virum. Quæstio grauiſſima est ad quā respō-  
detur, magnis ex causis, & sanctissimè hanc  
legē ab Ecclesia inductā, & hactenus conser-  
vatā: nec vñquā erit decens, ut reiciendatur.  
Primū patet, vbi simul ad hoc vltimū respō-  
detur argumētum. Nā primatius Ecclesia  
dum adhac rudis ex gentibus constitueba-  
tur, leuiora dedit præcepta, ne territi fuge-  
ret, ne laqueū videbatur iniūcere, & plus im-  
ponere oneris, quā posset hominū sustinere  
fragilitas. Idcōq[ue] Apostoli non præcipiūt cō-  
tinē-

zinentiae calibatu, sed virginitatem consulunt, ieiunia non improbat. At ex coru traditione obseruari docet Hieronymus in epist. ad Marcellam, tum in lib. de celebratione Paschæ. In tamen illa igitur adhuc Ecclesia, dum ecclesiasticus ordo instituitur, propter conuersorum paucitatem, admissus est Sacerdotibus ut in matrimonio prius contracto. Roborata vero Ecclesia, hominibusque ad potiora propocatis, additus est Ecclesiastico Ordini calibatus, ut non nisi deinceps celebs vicitur, admittatur ad Ordines. Hinc Ambro. in epist. ad Ephes. ca. 4. ibi. Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, sic ait, Postquam omnibus locis Ecclesie sunt constitutæ, & officia ordinata, alter compositares est, quam cooperat.

Ratione autem hujus mutationis assignat Hieronymus contra Iouinia. lib. i. c. 19. Si lucus inquit, & quicunque fidelis orare non potest, nisi careat officio coniugali (1 Corin. 7.) sacerdoti cui semper pro populo offerenda sunt sacrificia, semper orandum est. Si semper orandum est, semper caredium matrimonio. Nam in veteri lege, qui pro populo hostias offerebant, non solum in domibus suis non erant, sed purificabantur ad tempus, ab uxoribus separati: vinum & siccaram non bibeant, quæ solent libidinem provocare. Et Amb. in 1 ad Timo. epist. ca. 3. ibi Diaconi sint viuis uxoris viri, sic ait. Veteribus enim idcirco concessum est

Leuitis, & Sacerdotib<sup>z</sup> uxores ad usum ha-  
beret, quia multū tempus otio vacabat a mini-  
sterio, aut sacerdotio: multitudo enim erat  
Sacerdotū, & magna copia Lemitarū, & vnoſ  
quisq; certo tempore seruiebat diuinis cere-  
monijs, secundū institutū Dauid. Hic enim.<sup>24</sup>  
clastes cōstituit Sacerdotū, ut vicib<sup>z</sup> deseru-  
rēt. Vnde Abia octauā classem habuit, cuiu-  
vice Zacharias fungebatur sacerdotio. Lu.i.  
sicut continetur in Paralipomeno lib. i.c. 14.  
ista ut tempore, quo nō illos cōtingebat deser-  
uire altari, domorū suarum agerent curam.  
At ubi tempus imminebat ministerij, purifi-  
cati aliquātis diebus, accedebant ad templū  
offere Deo. Nunc autē septē Diaconos esse  
oportet, aliquātos Presbyceros, ut binī sint  
per Ecclesias, & vnuſ in ciuitate Episcopus,  
ac per hoc omnes a conuentu fœminę absti-  
nere debere, quia necessit̄ est, eos quotidie  
præstò esse in Ecclesia, nec habere dilationē,  
ut post conuentū legitime purifcentur, sicut  
veteres, &c. Hactenus Ambro. De Gentiliis  
verò sacerdotum castitate, audi Hierony.  
lib. 2. cōtra Iouinia. cap. 3. epist. 6. Antequam  
inquit, religio nostra fulgeret in mundo, vni-  
cabus semper habuisse inter matronas de-  
cuit, per illas fortunę muliebris sacra fieri soli-  
tum. Nullum sacerdotem biganum, nullum  
flaminem bimaritum leges. Hierophantes  
quodq; Atheniensium vlg; hodiā cīuta for-  
bitio-

bitione castrati, & postquam in pontificatum  
fuerint electi, viros esse desinere.

Q V O D verò nunc no expediat, ut prædicta Ecclesiæ prohibitione sacerdotes sint  
coniugati rescindatur, probatur. Primo, quia  
matrimonij onera multa sunt, totumq; ho-  
minem requirunt: & tenetur vxoratus, vxo-  
ris, filiorumq; curam habere. 1. Timot. 5. Si  
quis suorum, & maxime domesticorum, cu-  
ram non habet, fidem negavit, & est infideli  
deterior: quomodo ergo sacerdos, miles  
Christi, vxoratus & multis filiis circumspectus,  
poterit semper diuino intendere ministrio?

2. Timot. 2. Nemo militans Deo, implicat se  
negotijs secularibus &c. Præterea si hacten  
scinderetur lex, maior esset ambitio circa be-  
neficii Ecclesie. siastica non solum obtinenda, sed  
etiam multiplicanda. Nam plura non suffi-  
cient multis filiis onerato, cum tantæ nunc  
sit pro filiis illegitimis procurandis ambitio.  
Præterea tota honestas, & habitus clericorum  
periret, & vacarent vestibus pretiosis,  
ut vroribus placerent, corunq; castitas non  
esset maior. Si enim licet etis vel unum ha-  
bere, cum ad eam visitandum plures debet et  
accedere, nequaquam essent una contenti.  
Hinc de beato legi nus Augusti. seminariū  
verò nulla in domo eius manst, nec etiam  
germana, nec filii fratris, qui Deo pariter  
scrupulat: dicebat enim, quod etis do ei non

posset oriri suspicio tamē de alijs quæ ad eas aduentarentur, posset oriri. Præterea, in elemosynis elargiēdis, patres pauperum cōfūsent multò contractiores, quam aunc sunt.

**III.** Ad illud de sacerdotibus Orientalib⁹. Resp. quod ex dispensatione Ecclesie Græcis sacerdotibus permīssum est, uti matrimonio ante ordines contracto. Schismatici enim cū nescient, voluit pia mater Ecclesia, vel sic in gremiuī suū eos recipere. Cæterū post Ordines sacros receptos, matrimoniuū contrahere, nemini permīssum est, vt patet in canonib⁹ Apostolorū. Can. 25. Et in Cōcil. Neocæsariensi. Can. 1. & in. ca. cū olim. de clericis coniugaris. Ad aliud verò argu mētum quod plura scandala sacerdotum vi tarentur. Resp. quod hæc scandala non patit cælibatus, sed abolitio amoris & timoris Dei, libera concupiscentia, appetitus effrenis, horror virtutis, & interdu Pontificum, & aliorum prouinentium vīto, hæc accidunt; qui nondōctiores, non meliores, sed nobiliores, ditiōres, & argutiores in Clerū eligunt, & simpliciores quoīq; (probos tamē & innocētes, tanquā in idoneos) repellunt, qui affinibus, cognatis, & amicis (quasi terre nō forent milīcia) officia largiuntur, nō utilitatī contulentes egentis Ecclesię, sed potentiū, aut amicorum parere voletes iūsionī. Quodq; his deterrius est, illis donat Clericatus

gus gradum, quorum fuerunt aliquando ob  
 sequijs definiti, magis persona conimodum,  
 quam accipientis persona attendentes. Qui  
 bus dicitur Micheæ. 3. Qui adficiatis Sion in  
 sanguinibus, & Hictuale in iniestate. Igi-  
 tur, quisquis te non continere iudicauerit,  
 se iniicare. Ordinibus non sinat, sed utatur  
 sibi admisso fornicationis remedio in Matri-  
 momo. Si autem sacris te initiati tecerit, fa-  
 ctum est cullicitum quod prius licuisset. Et si  
 putans te continere posse, ordinatus fuerit,  
 & postea carnalis petulantia sic effertuerit,  
 ut sibi ei impossibile videatur continere, or-  
 Dicum & in ea confidens, dicat cum Aposto-  
 lo: Omnia possum in eo qui me confortat.  
 Aduiatq; Christum dicentem Lucæ. II. Peti-  
 te, & accipietis: querite, & inuenietis: pul-  
 sate, & aperietur vobis. Impossibile autem  
 dicunt, non quia gratia Dei assistente im-  
 possibile sit, sed quia negligentia torpentes,  
 non conantur ut sint continentes. Orent er-  
 go huiusmodi, abstineant, reculant, corpus  
 inedia subjiciant, occasiones libidinem pro-  
 uocantes, fugiant, ad bona opera se confe-  
 rant, & diuino fulti auxilio, poterunt conti-  
 nere, quod sibi prius impossibile, suspicati  
 fuerant. Dicit enim negligens se non posse  
 continere, non quia non potest, sed quia no  
 vult. Nam deliciarum affuetiam, epularum  
 & poculorum copiam reiecare iste non cu-  
 jus est.

pit, muliercularum consortia, & alia concupiscentiaz incentiva vitare refugit, otium studio repellere negligit, iuxta Hierony. consilium ad Rusticum monachum. Alma studia scripturarum, & carnis vitia non amabis. Itaq; pleriq; sacerdotibus non virtus continendi, sed voluntas deest. Vellent tamenque pleriq; hominum esse boni, sed non sunt: no quia esse non possunt, sed quia non volunt, ut ait August. lib. 2. de peccatorum meritis. cap. 17. Nam contra naturam est, corpus voluptatum sine voluptate frui: teste Hierony. contra Iouinia. lib. 2. cap. 37. epist. 6. Istis quoque dicit Chrysost. homilia in Psalm. 50. Non possum, ait, me continere, hoc pusillanimitatis est, & negligentiaz tuaz: qui Dei precepta contemnere malles, quam facere.

\* Laus Deo, pax viuis, re-  
quies defunctis.

¶ F I N I S S V M M A E D E  
septem Ecclesiæ mysterijs, &  
sacramentis, ad laudem  
Dei omnipotentis.

# DE CLAVI.

## B V S.

¶ Hec materia tractatur in. 4. dist. 18. &c D. Tho. in ad-  
ditionibus ad tertiam partem. q. 13. Claves enim in  
Eccllesia esse debet.

**L**ICIT V. R. autē clavis potestas  
qua remouetur obſtaculū intrā-  
di regnum calorum. Impedimē-  
tum enim totius humanæ natu-  
ræ, ex peccato primi hominis consequutum,  
per passionem Christi amotum est: & idco-  
post passionem vidit Ioān. Apocal. 4. in ca-  
lo oſtium apertum. Sed alicui adhuc quo-  
tidie manet clavum propter peccatum ori-  
ginalē, quod contraxit, & propter actualē,  
quod committit: & propter hoc egemus fa-  
tramentis, & clavibus Ecclesiæ, in quibus ef-  
ficacia passionis manet. Quia ex latere dor-  
mientis in cruce. Sacramenta fluxerunt qui  
bus Ecclesia fabricatur.

Hac autē Claviū potestatē Apostolis con-  
tulit Christus, ut expreſſe determinatur in  
c. firmiter, de ſumma Trinitate. & fide catholici.  
Quando autē fuit Apostolis collata? Arma-  
chans ab ſuēde errās lib. 11. de quaſtionibas  
Armenorū. c. 14. &c. 15. cōtra omnīm doctorū  
ſententiā dicit, q. Maij. i. 3. cū Dominus deo-  
decim Apostolas elegit. Sed patet hoc: eſſe  
fāl-

falsum, quia Matth. 16. pro magno yni promisit Petro, dicens: Dabo tibi claves regni celorum: non ergo ante habebat, aut nihil promisit. Item, antequam ipse eis consecraret, sacramentumq; constitueret potestatem dedisset consecrandi: ac si Cesar constitueret regem aliquem super regno non constituto. Dico ergo, quod in coena (Matth. 26.) contulit totam potestatem ordinis. Potestatem ad regnum jurisdictionis in foro interiori, Ioan. 20.  
 Accipite Spiritum sanctum, quorum remissionis peccata, remittuntur eis. Potestate autem jurisdictionis in foro exteriori, Matth. 18.  
 Quicunq; alligaueritis super terram &c. Nec inconvenit, quod apostolis Christus (potestatem excellentie habens) apostolicam potestatem jurisdictionis consummatam & perfectam coterulerit ante sacerdotium. Unde & Ecclesia in temporis jurisdictionem in foro exteriori dat etiam non sacerdotibus, & potestatem ordinis dat ijs, quibus nondum contulit potestatem jurisdictionis.

Et nota, quod illa potestas data in foro exteriori, Matth. 18. (Ibi enim fundant scholasticis autoritatem excommunicandi. Et Hieronymus ibidem, & August. lib. 1. contra aduersarium legis, & Prophetarum, ca. 17. Aducentum, in quam, quod hec potestas excommunicandi, potest dici clavis regni celorum, sicut enim celorum capiatur pro Ecclesia misericordia.

stante August. loco citato, & super Ioann. tracta. 50. & habetur. 24. q. 1. cap. quodcumq;. Si autem regnum cælorū capiatur pro Ecclesia triumphante, potest dici clavis indirecte, & secundariò. Nam quatenus excommunicationis excludit à sacramētis, quibus regnum cælorū aperitur, potest dici, quod claudit regnum cælorū. Quatenus vero absolutio ab excommunicatione, admitti ad sacramen-  
tu, ex cōsequēti regnum cælorum aperit.

**S E D** vtrū omnes Apostoli habuerint claves? Et videtur quod non. Quia Matth. 16. soli Petro sunt promissæ. Relp. cum Caiet. lib. de Primatu Romanæ Ecclesiæ. ca. 5. & 6. quod sine dubio omnes Apostoli à Christo, & non à Petro suscepserunt claves. Patet in cap. firmiter, de summa Trinitate, & fide catheolica. Etiam habetur in cap. loquitur. 24. q. 1. & ex Hicrony. lib. 1. contra Iouinianum. Pe-  
tro autem collatae sunt claves. Ioann. 21. ibi: Pasce oves meas. Eadē enim potestas requiri-  
tur ad pascendas oves Christi, & ad aperi-  
dum, vel claudendum regnum cælorum. Nam  
quando Christus viuus erat & præsens, non  
egebat Vicario: consentaneum est ergo, ut  
post resurrectionem eum instituerit: & non  
videtur vbinam hoc fecerit nisi Ioān. vlt.

Dico præterea, quod sicut peculiariter cla-  
ves Petro cōmissæ sunt, Mat. 16. sic Ioān. vlt.  
aliqua peculiaris potestas data est Petro præ-  
cepta.

ter ceteros: potestas enim Petri in duobus  
maxime excelsit potestatem aliorum aposto-  
lorum. Primum, quia Petri potestas etiam se  
extendit supra ipsos apostolos. Nam ut ar-  
guic Innocent, de majoritate, & obedientia  
c. 6. qui dixit: Pasce oves meas, non distingues  
inter has oves, & alias: alienum a suo demar-  
strat quili qui Petru pastorē non recogno-  
ret. Quo eodē argumēto vicitur Bonifac. 8.  
in extrauag. vnā sanctā. Secundō excellebat  
in hoc, quod potestas Petri erat ordinaria in  
yniuersum orbē: aliorū vero apostolorum  
erat extraordinaria, ex privilegio peculiari.  
Vnde factum est, ut successores Petri succe-  
serint in yniuersa potestate, respectu omnium  
ouium Christi successores vero apostolorū  
non successerunt apostolis in potestate extra-  
ordinaria. Imò crediderim omnē potestatē  
Episcoporū (qui sunt apostolorū successo-  
res) à Petro, & successoribus Romanis Pōti-  
ficib⁹ esse deriuatā: ita q̄ successor Petri est  
immediatus Vicarius Christi, & à Christo ac-  
cepit potestatē: ut definitur in Cōci. Flor. &  
in Cōci. Cōstant. Ses. 8. sed successores Apo-  
stolorū, nec suscepérunt potestatē ab ipsis  
apostolis, nec a Christo immediate, sed me-  
diatē a Romano Pōtifice. Et sic intelligo de-  
cretū Leonis Papę. 19. dist. ca. ita Dūs. Eodē  
modo dico, clavis Petri in duobus differat  
yliubus apostolorum. Primum, in yniuersali-  
tate;

tate: accepit enim ad aperiendū, nō huic, aut illi, sed omnibus fidelibus, nullo excepto. Secundò, quia sic eas accepit, ut ab eo accipiāt omnes, quicūq; claves habuerint. Nā quod apostoli non acceperint à Petro, fuit ex peculiari priuilegio: quo & Paulus gloriabatur. Potestatem Apostolicā nō ab hominibus accepi. Et quāuis in c. firmiter, dicatur Christi cōtulisse clavem apostolis, & eorum successoribus: dico quod non est eadem ratio de apostolis, & successoribus apostolorū. Quia apostoli, ex priuilegio, immediatē à Christo acceperunt potestatem ligandi, atq; solvendi, etiā in totum orbē: quod male Turrecremat anegat. Sed successores apostolorū, cū manifeste ordinētur ab hominibus, potestam ordinis nō immediate à Deo accipiūt, potestatem autem iurisdictionis accipiunt à Romano Pontifice immediate. Sed nihilominus Christus cōfert claves successoribus: licet per medios ministros. Quemadmodum idem ipse est qui tollit peccata mundi: licet per ministros sacramentorum.

S E D vnde cōstat, claves Petro, & cæteris apostolis cōcessas nūc in Ecclesia permanere, cum non maneat potestas faciendi miracula, qua apostolis, est collata, nec baptizādi in nomine Iesa Christi, quod apostoli fecerunt. Resp. constat potestatē istā viuētibus apostolis, ad alios esse derivatam. Patet hoc

Actuū. 20. Attende vobis, & vniuerso gregi &c. Et 4. ad Timo. 4. & ad Titū. 1. Secundō dico, secundum fidem catholicam tenendum est; claves Apostolis concessas, nūc in Ecclesia perseverare. Paret ex cap. firmiter. Et ex Ecclesia consuetudine, quæ est colūna & firmamentum veritatis. Et Matth. vlti. Ecce ego vobiscum sum vñq; ad consummationem leculi. Petro enim nō sunt datæ claves propter ipsum, sed propter Ecclesiam. Quare perseverante Ecclesia, pot. stas data Petro debuit perseverare. Et sic intelligatis decretum August. 24. q. 1. cap. quodcunq;. Vnde & patet, quare dicantur claves Ecclesie, quia scilicet propter Ecclesiam Apostolis & successoribus datæ sunt. Claves autem Ecclesie appellati, frequentissimum est: vt apud Aug. lib. t. de Doctrina Christiana, cap. 18. refertur.

373.

CLAVIS autem est potestas ligandi, atq; soluendi: qua Ecclesiasticus iudex dignos recipere, indignos excludere debet à regno: vt dicit Magist. sentent. 4. dist. 18. & Glossa ex Hierony. Matth. 16. Et cōprobatur à Ioān. Papa. 22. in Extravagant. quia quorundam, deverbōrum significatione. Et aduerte, regnum cælorum multipliciter cap. Primo pro sacra scriptura, vt Matthei. 21. Auferetur à vobis regnum Dei &c. Secundō, pro Ecclesia militante, vt Matth. 13. Simile est regnum cælorum thelauro abscondito in agro &c. Et

1512. 1.

Mat-

Matt. 25. Simile est regnum cælorum de cœ vi-  
ginibus, &c. Tertio, ut etiā includat duplice  
statu, scilicet militantem, & triumphantem: ut  
Matt. 5. Beati qui persecutionem patiuntur  
propter iustitiam, &c. quia ipsorum est regnum  
cælorum: & nisi abudauerit iustitia veltra, &c.  
nō intrabitis in regnum cælorum. Aperire autem  
regnum cælorum contingit dupliceret. Vno mo-  
do ex autoritate & potestate, ut Papa cum  
explicat locū Scripturæ, dissimilando verum  
senium. Itē, cū sacerdos ex officio baptizat.  
Secundo modo: non ex autoritate, sed per  
simplex ministerium, laicus qui baptizat in ne-  
cessitate, & vir doctus qui aperit locū abditū  
sacramentum literarum, aut qui docet, qua via ad  
regnum cælorum perueniendum sit. Dicendum  
ergo, clavē esse potestare aperiendi & claudé-  
ndi regnum cælorum, si sit plenaria potestas, quo  
modocunq; accipiatur regnum cælorum. Et  
hanc promisit Deus Petro, eaq; ut eius Pôti-  
fex, quādo diffinit aliquid secundum fidem te-  
nendū, vel dispensat in voto, vel relaxat iurá  
mentum: id enim est aperire regnum cælo-  
rum, ex autoritate, & potestate. Secundo di-  
co, q; præcipiuus actus clavium est ligare, &  
solucere: & sic per eum diffinitur, sicut diffini-  
tur humanus intellectus per discursum, & po-  
tentia visiva, per visionem coloris.

S E D quæritur, vtrū sit idē clavis cū chara-  
ctere? D. Tho. 4. d. 13. dicit, q; sic. Contrarium

323.

X dicit

323.

De clavis

dicit Scotus d. 19. q. 1. & Mat. 4. c. 11. art. 2.  
Sed distingueendum est de clave Ordinis, &  
de clave iurisdictionis: utraq; enim requiri  
tur ad propriandum regnum celorum. Clavis  
Iurisdictionis non est id cum charactere. Cla-  
vis autem ordinis idem est cum charactere sa-  
cerdotali. Characterem enim est potestas sacer-  
dotalis, quae datur sacerdoti ad consecrandum.  
Datur etiam eidem, ad aboliendum a pec-  
catis: ita quod inde habet homo potestatem absolu-  
tudinis, unde habet quod sit sacerdos. Est ergo  
una potestas quae ad duos actus se extendit,  
scilicet consecrandi & absolvendi. Quemad-  
modum eadem potentia est qua simpliciter in-  
tellegimus, & qua discutimus.

Q. V. A proposito actus clavis requirit idonei-  
tatem in eo, in quo exercetur, quia per clavem  
recipit iudex ecclesiasticus dignos, & exclu-  
dit indignos: ideo iudicet iudicium discretionis:  
& ad explendū actum, oportet ut habeat  
jurisdictionem. Unde ponitur duplex clavis:  
scientia scilicet, & iurisdictionis. E scientia  
qua est habitus, non est clavis, sed autoritas  
scientia auctū exercendi. Communiter etiam  
doctores ponunt clavem ordinis, & clavem  
jurisdictionis. Quæ distinctione necessaria: est si  
potestatem excommunicandi, & aboliendi  
ab excommunicatione, ad claves dicimus per-  
tinere, cum diuino Augustinio.

Potestas clavum se extendit ad remissionē  
culpaꝝ

sculpit. Nam licet Deus remittat per se culpam,  
 virtute tamen eius fidelis agit instrumentum,  
 ut instrumentum animatum, nam alias ad re-  
 missionem culpae non exigetur ut votu recipie-  
 dicere potest clavum. Vide Caiet. in opuscul.  
 77. quod loquitur, & quod 2. de effectu absolutio-  
 nis. Et Adserit in q. 2. de Clavis. Et Thomae  
 Waldensium lib. de sacramentis, a cap. 143. vñq;  
 ad 146. inclusu. Extendit etiam se potestas  
 clavum ad remissionem poenitentiarum, quod  
 sit, quando remittitur culpa: & etiam tem-  
 poralis, in eo qui cum contritione accedit.  
 Nam sicut applicatur nobis in Sacramento  
 meritum passionis Christi, ad remissionem  
 culpae, ita quoque eius satisfactio ad remissio-  
 nem poenitentiarum: remittente enim huiusmodi poe-  
 nam, pertinet ad remissionem peccati. Et quia  
 uis D. Tho. videatur dicere, quod claves remit-  
 tent poenam proportionabiliter ad peccata  
 (ut si peccatum est paruum, parua poena remitti-  
 tur: si magnum, multa poena, sed non tota: quia  
 alias frustra imponeatur iustificatio.) Tu ra-  
 me tenuis claves tantum poenam remittere, ce-  
 teris paribus, cu[m] peccatum est parvum, quam-  
 tam si esset magnu[m]. Quia Sacramentum qua-  
 liter se habet, & dispositio est e[st] qualis. Nihi-  
 lominus habita ratione contritionis, concessur  
 debet iniungere iustificationem. Quis neglet,  
 ut tota poena remissa sit. Et quod poenitentia no-  
 sit moderata secundum quantitatem peccati,  
 etiam.

sed secundū contritionē p̄nitētis, patet ex  
Innoc. c.8. de p̄nitētijs & remissionib⁹.  
322. — Potest autē sacerdos ligare ad p̄nā. Scot.  
d.18. & 19. asserit, nullū p̄nitentē obligari  
ad acceptandū p̄nitentiā, quā iniungit Sa-  
cerdos. Idē Gabrie. d.16. q.2. Quia ad satisfa-  
ctionē p̄ḡ p̄na duo sunt remēdia, alterū in  
hac vita, alterū in purgatorio; ergo p̄nitētes  
p̄terit suo cedere fauori. Quia ex miseri-  
cordia Dei satisfactionē p̄tēns acceptatur  
p̄ futurā p̄na. Secundō dicit, q̄ si p̄nī-  
tentēs accepterit p̄nitentiā iniunctā, tenetur  
illā implere sub mortali; quod tamē videtur  
irrationabile. Nā si sacerdos nō potest obli-  
gare ad mortale, mēa acceptatio nō inducit  
peccati mortalis obligationem: nō enim vo-  
lo implere p̄nitentiā iniunctā, nū co modo,  
quo Sacerdos obligare potest. Proterea Ca-  
sict, q.2. de satisfactione ad. 2, tenet cōtrariū,  
q̄ non tenetur acceptare p̄nitentiā nec ac-  
ceptatā sub mortali adimplere. D. Th. hic nō  
dicit, an teneatur, sed q̄ sacerdos ligat, nec di-  
cit an ad mortale, vel veniale. Sed d.16. in ex-  
positione textus dicit, q̄ est p̄ceptum de  
satisfactione. Et ita tenet Sylvest. verbo. Cō-  
fessio. l. §. 26. Et ita tenendum est, quod est  
p̄ceptū obligans ad mortale, si p̄nitentiā  
iniunctā sit rationabilis. Probatur, quia est  
sacrilegium, voluntarie relinquere sacramē-  
tū imperfectū. Item in fore cōtentioso

jūdex habet potestarem imponendi pœnam pro delicto, quā reus subire tenetur, ergo & index ecclesiasticus in foro cōscientiæ. Item in ca. omnis vtriusq; luxus de penitēt, & res mil. iniunctam pœnitentiam pro viribus studiis adimplere. Item suadetur ex c. vlti. de maledicis. Vide dē hoc supra in materia de satisfactione, quæst. 209.

**E**S T autē sacerdoti prudētia necissaria ad pœnitētib⁹ imponendum pœnitēt. Si sc̄i⁹ r̄t quāt̄ pœn⁹ sit debitor pœnitens, cūm si iudex, tenetur aequalē imponere. Sed si pœnitētis iniunctione multa debent pœnali: ut haberent in ca. 8. de pœnitēti. Ni illo minus arbitriu Sacerdotis nō debet esse aut suco-  
rum, aut remissum: videtur enim ridiculæ pœnitentias hanc temporis. Sed in tribus cat-  
fib⁹ licet pœnitentiæ iniunctiones. Primo in articulo mortis, & vbi cunq; pœnitēs est impotens ad pœnitētiā grauem imple-  
dam. Secundo, quando indulgentia concedit  
tur pœnitenti ex rationabili causa: illa enī  
habet alio loco satisfactionis. Secūs, quando in-  
dulgentia est indiscreta: ut habetur c. 10. q̄d  
pœnitent. Tertiō, si appareat magna contritio,  
& peccati nō fuit adeò grave. His addē  
reim etiā cū pœnitēs est rā imbecilli animo,  
ut per grauem pochientiam scandalizetur.

**S**E D anvnt cōfessor possit mutare pœni-  
tentia iniunctam ab alio cōfessore. Rv. q̄ si

poenitētia fuit irrationabilis: poenitēns nō tenetur cā implere, nec habet opus cōmutatiōne. Si autē poenitētia erat rationabilis, sed sit durā poenitēti, nō potest cōmutari nī si a superiori. Quia p. s. i. p. tē nō habet potestatē. Et ita intelligo decretū Vrbani Pap. de poenitētia d. 6. c. vlt. placuit ut deinceps nulli Sacerdoti liceat quolibet cōmissam alteri sacerdoti s. ad poenitētiā suscipere, sine ei colca. ut cui prius se cōmisit, nī si p. ignorātiā illi cui poenitētē cōfessus est. Sed vide de hoc supra, in materia de p. i. s. t. q. 21.

**xxv.** **Sacredotes legales non habebant claves.**  
**Q**uia illius sacerdotij p. tētās non se exten-  
 debat ad cālestias sed ad opificium figurās. Et  
 in hoc p. r. e. cur sacerdotium Christi legali  
 faceret? Non hoc, quoniam Christus aīsistentē  
 Pontifex duā uotū uoborū ad tabernac-  
 culū fecit, &c. d. l. i. ergo sacer-  
 dotes nō in dubio erant tēnes; sed in eis claujū  
 figura p. r. e. s. i. c. Christus autē habuit clavē  
 autoritatib; nō quanto D. nō: excellenti; ip-  
 quanto homo: ita bunt ianipot. statim ap-  
 plendi, & claudendi regnum talē. Tum. doli us-  
 tō sacerdotes ordinab; Ecclesia habet cla-  
 ves Ordinis, & p. r. e. statutū ab soluēndā pec-  
 catū in sero poenitētiō. Hęc q. uodū s. i. her-  
 besorū in Q. a. l. l. p. l. o. t. E. i. q. u. m. in materia de  
 i. c. r. d. h. e. l. a. t. i. s. o. f. c. e. n. d. i. o. l. e. s. c. o. n. t. a. n. h. a. r. e. t. i. c. a. s.  
 Clave autem iustiūtū dicitur q. uodū d. c. e. t. i. c. a. s.

se extendit ad ipsum velum, sed mediante mil-  
litare Ecclesiastico sacerdotes habere possunt  
ut Archidiaconi & electi. Lege quartum ar-  
mentum. D. Tho. in additione, ad tertiam par-  
te. q. 9. ar. 3. Vnde nota, quod foeminae non  
potestatem Ipsi ituale habent. Vnde de Regis  
bus & preceptis caru debet iudicari, id quod  
de legibus matris familias in domesticis gen-  
eratione. Nam si materia est grauis, & pre-  
ceptum necessarium ad conseruationem boni  
comunis, obligavit praecettum Abb. si ex ad  
peccatum mortale. Sin autem materia non est  
grauis, quamvis ipsa vellet obligare ad mortale,  
exclusus & praecettum non obligat ad mort-  
tale. Verum est, q. cum ex voto obedientia  
monachae concantur sua superiori obedire,  
forfitan cum exigere obedientia a subditis,  
etiam in re non admodum graui, si subditus vio-  
lant obedientiam, votu suum videntur iniuri-  
gere. Sed hoc mihi certum non est. Illud vero  
primo loco definitum est mihi certissimum.  
Vnde percam monachas instituunt, q. i  
absolute docent, praecetta uarij lvp. 110. q.  
non obligare cas ad peccatum mortale. Q. e-  
admodum si quis doceret leges principium  
foeminarum nullas ad mortale obligari. Sed  
verum est, non habere potest, tamen obligari  
in ordine ad hanc supernaturalem, quae secundum  
pertinet ad usum clauium.

Muli sacerdotes viuum habentes.

124.

quitatis enim ministri non tollit liberalitatem Domini, sed sacerdos est solus minister: ergo non potest sua malitia donum a Deo trahimsum, per eum nobis auferre. Præterea, nullus potest scire de alio, an sit in statu salutis: si ergo nullus posset uti clavibus in absoluendo, nisi existens in gratia, nullus se sciret absolutum, quod est in conueniens. Hæresis fuit Vinciph condonata in Conc. Constan. Ses. 8. & 15. quod mali sacerdotes priuatur iurisdictione, que etiam manifesto Ecclesiæ usu condonatur. Sed contra videtur id quod habetur. 24. q. 1. c. audiuimus. & 1. q. 1. c. etiam corde, sed loquitur de diuiso ab Ecclesia, ut patet legenti. Est etiam argumentum. c. remissionem. 1. q. 1. & de consecrati. 4. cap. quomodo. ex Augusti. sed loquitur de sanctis, vel bonis Catholicis, vel de publicis peccatoribus, qui non tolerantur.

Schismatici, heretici, excommunicati, degradati, usum clavium non habent: quia priuatur subditis, in quos potestatem quam habent, exercant. Sicut nec possent consecrare, non habentes panem: nec baptizare, si non habeant aquam. Illi ergo qui priuati sunt, non possunt usum clavium habere. Sed nota, quod in Concil. Constan. statutum est, non teneti fideles vitare excommunicatos, nisi sint nominatum excommunicari, vel manifesti percussores Clericorum. Unde fit, ut non omnes excommunicati & suspensi priuatis sint iurisdictione, illi videlicet

et qui tollerantur, & quos evitare non debet:  
Tempore autem D. Tho. nondum fuerat consti-  
tutum. Peccant tamen illi administrares sacra-  
menta: quia Concilium dicit, hanc relaxa-  
tionem in nullo excommunicatis debere suffra-  
gari. Hoc tamē intellige cum grano falso, pec-  
cat enim si est in mora petendae absolutionis.  
Item quādō licet potest se excusare ab ad-  
ministracione sacramentorum. At quādō te-  
netur administrare sacramenta peccanti, non  
peccat administrando alias est perplexus.

Sed nunquid in mortis articulo huiusmodi  
poterunt absoluere? D. Tho. hic in additio-  
nibus. q. 19. art. 6. nullum casum exceptus. Sed  
supra. q. 8. generaliter dixit in articulo mortis,  
quemlibet sacerdotem absolvere posse.  
Sed. 3. p. q. 81. art. 7. ad. 1. dicit. quod solus Ba-  
ptismus permittitur esse ratus hereticis &  
schismaticis, in art. necessitatibus. In nullo au-  
tem casu possunt consecrare, vel aliud sacra-  
mentū conferre. Et idem hanc. q. art. v. 3. Et est  
comunis opinio. Sed Palud. d. 25. q. 1. circa ha-  
hem, tenet quod in articulo mortis sicib[us] est  
ab heretico recipere penitentiam: quia est  
sacramentum necessitatis, sicut Baptismus.  
Idē Syvest. verbo. Confessor. 1. 5. 4. lito. Et  
Maio. d. 17. & glo. de spōnsa. c. 11. Et re vera,  
de excommunicatis Catholicis non dubitamus  
quoniam in art. mortis possint sacramētum po-  
nitentiae ministriare. Nō cogim. Ideo sanctam.

338.

De clauis.

Quare fidèles in articulo mortis praesente facessent  
egregio catholicō, priuilegiū sacramento necessariū  
facto ex iure divino. Nec est minus intollerabile  
proboscis ab soli iurisperū in articulo mortis,  
quam regicidio. Et hoc causa prædictum cum q[uod]  
etiam regicidio bonunes habent articulorum. Ita  
liberum exercitium baptizatum, si ergo absolutionis  
quaestus est in iure proprio prædicto, & non  
sacramentum necessitatis. Ita ut apud quodam  
est, de regicidio iuris dicitur, quod recessus  
non habet legem. Et idem cum probabile sit  
de harcilio a quo periculum non rimetatur  
de quod non credit in articulo sacramentum proba-  
bitur, prædictum si de iure divino quilibet  
sacerdos habeat auctoritatem, art. 1. lib. 1.  
Non videtur quod afferri soleat in conciliorum  
dictum de Hermegili, ex. sacra. cap. vii. unde  
quid ibi loquitur de cunctis iuribus, quod non  
claramur articulorum necessitatibus quia id est  
cum probaberet Argiano Episcoporum quoniam pat-  
ter prob id destinaret. Id est iuris iurando  
Sacerdos autem non potest ut sic dicere in quodam  
libro, sed in eos capitulo, ubi est in forte, ut sit  
meritis nulli in necessitate articulo, vbi nse  
ministratio nostra sunt deneganda. Hanc opinio  
nionem D. Tha. probabilitatem, tamen. Mox  
tamen, quin in Conventu Constanti circa finem  
inter reliquias interrogaciones, ponit hanc  
verbum credat auctoritatem iurisdictionis Pat-  
rum & Episcoporum, in iure in soluendo, sit  
gant.

causa  
Iuris  
Superiorum

gandoque, auctoritate si implicis sacerdotis,  
etiam habentis curam animarum. Proprius  
vero sacerdos in aliquibus caibus non de-  
bet absoluere sibi subditum, sed remittere  
ad superiorem. Primus, quando est solemnis  
poenitentia imponenda, qui cuius proprius  
imperior est Episcopus. Secundus, hac poenip-  
tentia recexit ab vsu. Secundus de excomu-  
nicatis, quando inferior sacerdos non potest  
absoluere. Tertius, quando inuenit irregu-  
laritatem contractam pro cuius dispensa-  
tionem debet ad superiorem remittere. Quar-  
tus, de incendiarijs. Quintus, quando est co-  
stytudo in aliquo Episcopatu; quod conve-  
mia criminis ad terrorem iurantur Episco-  
po. Et nota solutionem ad primum in addi-  
tio. q. 20. art. 2. illud quod dicit, quod sacerdos  
non debet audire confessioem mulieris  
cum qua peccauit, sed debet ad alium mis-  
tere; nesc illa debet eis confiteri, sed petere  
licetiam ad alium in undevici ad superiorem est  
currere. Si illi dicuntur inde negat, sacerdos  
propter periculum, tunc quia est minus re-  
secundia; si tamen absoluerit, absolute ei-  
set. Et quod August. dicit, nullos officio sa-  
cerdotis uti debet, nisi animanis ab illis sit,  
qua in alijs iudicat. Dicit. Do Thibaut cliger alium, a  
dum secundum congruitatem, non scilicet sacerdotem  
dum necessitate leviorum, ut hinc de clau-  
ibus dicta iustitiant, itaque non omnium  
confessorum

*metu quod sacerdot  
non faciat  
an hinc posse  
mulieres et  
genitum recessit.  
sacerdotem  
aut clau-  
ibus dicta iustitiant, itaque non omnium  
confessorum  
metu faciat.  
omnes isti sicut*

**T S E Q V I T V R V L T I M V S**  
**de Excommunicatione**  
**tractatus.**

- ¶ De Excommunicatione tractatur in 4. dist. 12. & 2.  
 ¶ Tho. ibi. & in additionibus. q. 21. Nos breviter ab-  
 soluerimus hunc tractatorem quatuor punctis.  
 ¶ Primo dicimus, quid sit Excommunicatione, & qua-  
 cause illius.  
 ¶ Secundo, de casibus, in quibus potest homo pecca-  
 re, ex hoc solum, quod est excommunicatus.  
 ¶ Tertio, de eo qui potest excommunicare.  
 ¶ Quarto & ultimo dicimus de excommunicatione  
 minori, quid sit, quae causa eius, & quis posset ab ea  
 absoluere.



Vnde primū, excommunicatio est  
 separatio à cōmunione Ecclesie,  
 quo ad fructum, & suffragia gene-  
 ralia: & est disfinitio excommuni-  
 cationis maioris. Pro cuius intelligentia est  
 notandum, quod excommunicatio non est pec-  
 etatum: nam quodlibet peccatum (etiam ve-  
 niale) est maius malum, quam excommunica-  
 tio, sed est poena: poena autē est privatio ali-  
 cius boni: & sic excommunicatio est priva-  
 tio cōmunionis Ecclesie, quæ quidem  
 est quoddam bonum. Secundū nota, quod  
 inter Christianos sunt quatuor gradus cō-  
 municationis. Primus est cōmunicatio huma-  
 na, quæ etiā inuenitur inter infideles: sicut  
 comedere simul, colloqui, tractare: & hæc cō-  
 munio non est propriæ fideliū, sed conue-  
 nientia.

nit eis, quarennus ciues, & politici sunt. Secundus est, communicatio, quæ consistit in hoc, quod est simul conuenire in Ecclesia ad ordinum, ad recipiendum sacramenta, ad electionem Canonicam, actuam, & pauciham, & ad audiendum diuina officia. Tertius est, communicatione honorum & suffragiorum, quæ ex intentione Ecclesiz applicantur, seu offeruntur pro omnibus christianis. Quartus est, communicare, seu habere partem in bonis, & meritis aliorum fidelium, quæ titulo charitatis applicantur omnibus existentibus in gratia: secundum illud Psal. 118. Particeps ego sum omnium timentium te, & custodientium misericordia tua. His suppositis, sit prima propositione. Excommunication non priuat quartæ communicatione. Probatur, quia illa communicatione fundatur in charitate, charitatem autem non expellit nisi peccatum: sed excommunicatione non est peccatum, ut diximus, ergo. Secunda propositione. Excommunicatione priuat hominem & reliquis tribus communicationib; Vnde solet ab alijs diffiniri (& bene) excommunicatione est priuatio a quacumque communicatione fidelium. Consule Gaiet. quodlibe. 2. q. 12. Et nota antiquam consuetudinem Ecclesie in excommunicatione, quod gradatim fideles communicatione priuabantur. Et forte tot erant genera excommunicationum, quæ genera communioni.

Vnde

*Descriptio  
communicationis*

312. De Excommunicatione.

Vnde Sylvest. tria genera ponit; verbo excommunicatio. i. S. r. Aliquando enim priuatis fidei communione Eucharistie, quae annullat Communionem dicitur; ut tradit Dionys. de ecclesiast. Hierar. cap. 3. Et ostendit Valden. lib. de Sacramentis. c. 93. Et de hac inteligo Decretum Iohannis Papaz. 3. q. 4. c. Engelitudam. Aliquando priuabantur Christiani fideles ecclesiastico Contentu ad officia diuinorum audienda, vel ab oratione communione: dum omnes poterant appellari minores excommunicationes, & eas videre licet. 3. q. 4. c. presenti. Et. n. q. 3. c. ad mentem. Et in Cod. Niceno. c. 11. & 12. Et Chrysost. Hom. 17. In Matth. circa hunc. Aliquando fideles priuabantur omnibus communione, quasi praecisi ab ecclesiastico corpore: & hanc veteres appellabant anathema, qua vox induci extremitatem detestationem significare solebat telle Hierony. super I. Cor. psal. ad Galatas. Nos hac tempestate duas tantum ne excommunicationes nouimus minorem, qui quis priuatur communione paucissima sacramentorum omnium maiorem, quod etiam priuat ut alijs fidei num communicationibus ut habes de cetero excommunicatione, cap. v. t. m.

313. Q U A R T U R, ubi habetur infra scriptura, quod Ecclesia possit hac potest penitentia, quod excommunicatione fundatur in autoritate Pauli. 1. Corint. 5. Nam indicavit pre-

præfens tradere huiusmodi hominē Sathanā, in interitu carnis. Et reverā intelligitur, quod nullus in cùm iententiā excōmunicatio-  
nis, & S. Tho. exponit. Item fundatuit in au-  
toritate: i. Ioān. 5. Est peccatum ad mortem,  
non pro illo dico ut roget quis. Qui quidem  
totius, licet multipliciter intelligatur videtur  
quod Iesus legitimus & literalis sit ille, de  
quo dicitur: Si Ecclesiam nō audierit, sit tibi  
ut Ethnicus, & publicanus. Item ad Titū. 2.  
Hæreticū hominem post primam & secundam  
monitionem dicens. Quem locum adducit  
S. Tho, ad hoc propositum in i. d. 43. & q̄e-  
stionibus de malo. q. 3. art. 15. 3. & ita videtur  
exponere, & forte illa est expolitio literalis,  
& Matth. 18. Si Ecclesiam non audierit, sit  
tibi tanquam Ethnicus & publicanus.

Q VÆ R I T V R, quomodo intelligatur,  
quod excommunicatio priuat a receptione  
sacramentorum? an sit ienitus, quod facit  
eam illicitam, ita videlicet, quod non potest  
excōmunicatus sacramētum suscipere, sine  
hoc quod peccat: tamen si de facto suscipiat,  
verum suscipiat sacramentum. Vel an sit ien-  
itus, quod non potest sine peccato suscipere,  
nece si de facto suscipiat: tenet sacramētum.  
Ita q̄ ultra hoc, quod peccat, sacramentu-  
m nullus. Hæc quæstio est vna de utilioribus, &  
difficilioribus totius huius matris. Et tota  
difficultas est de sacramēto poenitentiis, veru-  
lit

lit nullum, per hoc quod iuratur ab excommunicato. Pro cuius intelligentia est in primis notandum, quod excommunicatione non habet ex iure divino priuare a receptione sacramentorum, nec a participatione sacrificiorum Ecclesie. Nam de iure divino nullus est excommunicatus, licet veniat excommunicandus ab Ecclesia, secundum eius placitu, & limitationem. Secundo nota, quod in potestate Ecclesie est, facere quod sacramentum poenitentie, & sacramentum matrimoniij sit nullum, ubi suscipietur ab excommunicato, etiam inuincibiliter ignorantie se esse excommunicatum. Quod tamen non posset Ecclesia facere de alijs sacramentis impriumentibus characterem: quia habent determinatam materiam de iure divino, quae non potest subtrahi, nec mutari. Hoc supposito dico, quod de hac re sunt diuersae sententiae: licet omnes conueniant in hoc, quod si excommunicatus sciens, vel inuincibiliter ignorans se esse excommunicatum, suscipiat aliquod sacramentum, peccat mortaliter, & est sacrilegus. Si vero accedit bona fide cum ignoratio inuincibili iuris, vel facti: excusat amortaliter, & de hoc non est dubium. Sed loquendo de annulatione, quidam dicunt, quod si excommunicatus etiam inuincibiliter ignorans se esse excommunicatum, accedit ad sacramentum poenitentie, & absoluatur, nullum

Omniō sacramentum suscipit. Probant, quia excommunicatio tollit iurisdictionē, ita quod excommunicatus nullius est subditus; sed nullus sacerdos potest absoluere nō subdīcum: ergo. Hacten consequentia, quia licet ignorantia excusat a peccato, tamen nō potest facere q̄ sit validum, id quod est irritū, si fieret cum scientia opposita. Et hinc est, q̄ v̄sus Ecclesie habet, quod ante absolutionē a peccatis p̄mittratur absolutionē ab excommunicatione, n̄c annulletur sacramentū. Secunda, ali⁹ dicunt, quod si excommunicatus accedit ad Sacramentum p̄nitentię cum ignorantia inuincibili, quia excusat illum a sacerlegio, veruni suscipit Sacramentum, nec reficitur amplius confiteri de illis peccatis, sed quātere absolutionem ab excommunicatione & interū nō misse te se diuinis. Hæc sententia est Gaiet. in summa, verbo, impeditimēta absolutionis. Et Paul. 4. d. 18. q. 4. Adria. q. 2. de confessione circa finem. Probat, quia illa est absolutionē Sacramentalis sit iure prohibita excommunicato, hullo tamen iure est irrita, si de facto suscipiatur, n̄c v̄lus Ecclesiæ habet congratū: & qui hoc cogitant, decipiuntur; ergo. Item alia Sacra menta nō annullātur, per hoc, q̄ suscipiantur ab excommunicato, ergo nec hoc, nam deis vnde habecatis cōstatium. Item, quia aliás iniusta esset sententia Ecclesiæ, si vellet ignorantiam inuincibilem

334. De Excommunicatione.

condemnare. Si quis autem excommunicatus per ignorantia vincibilem, accedit ad sacramentum pœnitentiarum, dummodo confiteatur, fictione, vere suscipit Sacramentum, & recente fictione, consequitur effectum. Hac sonis Caiet. tenet expressè. Et probatur, quia pœnae nō sunt amplianda, sed potius restrin-  
genda; ut patet de reg. iuris, in. 6. reg. 15. &  
49. Item codem iure excluditur excommunicatus a participatione Sacramentorum matrimonij,  
& Sacramento absolutionis: sed Ecclesia prohibens excommunicato matrimonium, non  
irritat illud: sed si fiat, tenet: ut patet extra-  
de cō qui duxit eam: quam polluit per adulterium, c. 6. & de matrimonij contractis con-  
tra interdictum Ecclesie, cap. 2. unde ergo  
discrimen in verbis eiusdem generalibus? Si  
autem quis celebrauerit pro excommunicato,  
& applicuerit ei sacrificium, siue invincibili-  
ter, siue invincibiliter ignoret excommunica-  
tionem, applicatio facta tenet. Prohibentur  
enim Christiani communicare, non tamen  
invalidatur excommunicatio.

335. QVÆ R I T V R, utrum annuletur Sacra-  
mentum per hoc, quod conferetur ab excom-  
municato? Respo. & sit priua propositio. Si lat-  
erados excommunicatus quacunq; excom-  
municatione, etiam propter notoriā Clericū  
percussonem, tenter conferte quodcunq;  
Sacramentum, excepto sacramento pœnit-

tentiz, verum Sacramentum confert, quan-  
uis peccet. Nec de hoc est dubium, siue faciat  
scienter, siue ignorantiter, & tam vbi tolera-  
tur, quam vbi non toleratur. Secunda, Lo-  
quendo de Sacramento pœnitentia, si sacer-  
dos sit excommunicatus non nominatum, aut  
propter notoriam Clerici percussionem, &  
tentet absoluere, verū Sacramentū confert.  
Ita determinatur in extrauagāti Conc. Cō-  
stāt. ante q̄ nullus excommunicatus poterat  
conferre Sacramentū pœnitentię. Et hēc se-  
cunda prōpositio intelligēda est ut prima, vi-  
delicet tā vbi talis sacerdos toleratur ab Ec-  
clesia quām vbi non toleratur, & tā vbi cri-  
men, propter q̄ est excommunicatus, est secre-  
tū, quām vbi est publicū. Tertia, si sacerdos  
sit excommunicatus nominatim, aut propter  
notoriam Clerici percussionem: & cum hoc  
toleratur ab Ecclesia verum sacramentum  
pœnitentia confert, si de facto conferat il-  
lud. Pāter, quia licet in iure nihil sit de hoc  
cautum, tamen non est credendu, q̄ Ecclesia  
toleraret eum in publica administratione la-  
mentorum, & cum hoc vellet, quod facta  
per ipsum essent irrita: profectō esset intole-  
rabilis error. Quarta, si sacerdos sit excomu-  
nicatus nominatim, aut propter notoriā Cle-  
ri percussionē: & cū nō toleretur ab Eccle-  
sia, si tentet absoluere, nullū omnino cōfert  
Sacramentū. Patet, quia ista seruabantur antq.

Cocit, Constant. & ibi relinquit ut sit seruadus  
perpetuis temporibus, quoad ista illa genera  
excommunicatio fuerit. ergo. Item quia talis nulla  
omnino habet iurisdictionem: ergo.

-Q U A R T U R, de causa excommunicationis, an sit peccatum mortale? Q uæstio haec  
potest dupliceiter intelligi. Primo a iure. I.  
verum non debet Ecclesia excommunicare  
misi propter mortali. Secundo de facto, an si  
excommunicetur propter veniale, vel aliquid fa-  
ctum, quod non sit peccatum, & communica-  
tio tenet. In primo sensu communis opinio  
est, quod nullus potest iure excommunicari,  
misi propter mortale. Patet ex verbis Domini  
Matt. 18. ubi tradita fuit pretestus excommunicandi. Si pectauerit in te frater tuus, &c.  
Clarum est, quod de veniabibus non requiritur  
illa diligentia. Itē ex Coc. M:ld. nsi. 11. q.3. ca-  
num. Et hoc tenenda est pro certo, licet ali-  
quidem viderim oppositum defendi. Secun-  
do dico, quod licet excommunicatio possit  
iure ferri pro quolibet mortali, quia finis  
ipsius est salus Christiani, ut patet. 1. Corinth.  
g. quam tollit quodlibet mortale, tamen non  
debet ferri nisi pro grauiissimis criminibus,  
de quibus alter non speratur sanitas. Patet,  
qua est ultima medicina ecclesiastica, & no-  
cet plusquam si gladijs feriretur, ut ait Augu-  
stus, quia excommunicatio non debet ferri,  
quoniam peccator non audiat Ecclesiam. Item,  
quia

quia Paulus nō meminat excommunicationis, nisi propter incestum, cum tamen essent plura alia criminis. Unde patet, quod pro tempore dāgano nos potest ferri excommunicatio, nisi sit ipsius graue. Et quid, nō iudices peccime faciant, & grauiter peccant, cōcedo excommunicationes pro rebus leuiibus, + por las vinas, mācias, &c. Et est r̄na de paucimis consuetudinibus quorundam p̄missione rum Ecclesiastica potestate abutetur, quae omnia iam corrupta sunt. Et anathematis homē, quo auctor, maiores nostri traherebāt, iurisnōstris p̄cipitibus exposuit. Et ego c̄redo, quod ista excommunicationes non obligāt, nisi praesubatur usque mortale id pro quo feruntur: non enim de hoc dubito.

notas

notas

Sed utrum statim q̄ homo peccat mortali-  
ter, possit excommunicari? Resp. quod non, +  
quousq; sit cōtumax & rebclis Ecclesie. P̄ a-  
et Matth. 18. Si peccauerit in te frater tuus,  
corripe cū, ad labē tecum, dic Ecclesie (& vi-  
timō uenit excommunicatione) si sibi quasi  
Ethnicus. Ide constat ex Paulo: H̄xēnicum  
hominem post prīmā, & secundā, admonitio-  
nem, deuīta. Unde de iure nullus potest ex-  
communicare, nisi præcedat tria admonitio-  
nē; vt patet in cap. Sacrosancta de lente: exco-  
municat. Trium p̄mēd admonitio non nisi de  
essentia excommunicationis, ut bene notat  
Palude. d. 18. iiii. s. ap. viii. ibidem, & gl. uia

355.

111

in ca. prædicto, & in cap. statuimus. Nec hoc est contra Euangeliū: nā in Euangelio ostenditū Ordo iuris, non tamē dicitur, q̄ ille cest necessarius. Verū cest quōd nō expedit aliteſ fieri, quām in Euangelio expreſſum cest. Nihilominus, si quis ſemel admonitus excommunicaretur pro mortali, excommunicatio eſſet valida. Nō dubito tamē, quin admonitio ſit de eſſentia excommunicationis: ita q̄ si quis excommunicaretur antequā eſſet admonitus, excommunicatio non teneſet. Contra hoc po-  
 test fieri vnu argumentum, quia incurrentes excommunicationes latas in iurē, nō admo-  
 nentur prius: vt patet de incendiarijs, de per-  
 cussoribus Clericorum, &c. qui quidem ipſo  
 facto incurront in ſententiā, ergo. Respon-  
 quōd tales iam ſunt admoniti ab Ecclesia, &  
 a lege Christi prohibete talia criminā: & iſta  
 eſt sufficiens admonitio.

*Ad hanc*

QVÆRITVR, vtrum excommunicatio  
 iniulta ſit valida, vel vtrum habeat aliquē eſſe  
 etum? Nota, quōd excommunicatio, ſicut & q̄libet alia tententia, duplieiter potest eſſe  
 iniulta. Primo quia ipso iure eſt nulla, vt ſi ali-  
 quis excommunicet non ſubditum, talis con-  
 tinet intolerabilem errorē, & nullum eſſe-  
 etum habet, tam in toro exteriori, quām in  
 interiori. Ita dicitur extra, de ſententia ex-  
 communicatione. ca. per tuas. &c. statuimus in. 6.  
 cod. titu. Secundo dicitur excommunicatio

In iusta ex parte iudicis, quia videlicet male  
iudicauit; quacumq; ex causa id fiat, siue ex  
odio, siue ex defectu probationis, siue ex igno-  
rancia: talis tamen non est ipso iure irrita.  
Et de hac est nostra disputatio modo: utrum  
liget? Est quaestio nimis grauis, & de qua sunt  
diuersae sententiae. Caieta. 2.2. q.70. art. 4. ad.  
2. tenet expressè, q; talis sententia omnino est  
nulla, ita q; nullū proiussus habet effectu apud  
Deū, nec apud homines. Probat, quia excom-  
municatio non potest ferri nisi pro mortali:  
sed isto, vt supponimus, non peccauit in oratione  
liter: ergo. Item, quia sententia iniustā nō est  
sententia: nam secundum S. Tho. 2.2. q.70.  
arti. 4. indicium iniustum non est iudicium,  
ergo. Adria. quodlibeto. 6. tenet eandē sen-  
tentia. Oppositū tenet Ricard. d. 8. q.5. art. 3.  
Alexand. 4. pat. q. 82. membro viti. Sylvest.  
verba excommunicatio. 2. f. 2. & 3. Palud. 13.  
q. 1. ar. 3. & Duran. d. 18. q. 4. Gratia. II. q. 1. c.  
qui iustus. & videtur esse sententia S. Thomi.  
q. 2. i. additio. st. 4. Omnes isti dicunt. q; excom-  
municatio iniusta ex parte caui, si non sic  
lare irrita, est valida. Horum sententia vide-  
tur fundari in capitu. per duas: de sententia  
excommunicatio. par. aplo. & eti. in manus. ubi  
dicitur: quod iniuste excommunicatus de-  
bet recurrere ad superiorē, & petere ablo-  
cationē ab excommunicatio ne iniusta; ne Ec-  
clesie sententia contenincere videatur, & ex

*notta**notta*

hoc amplius ligetur. Reuter videtur mihi, q  
onines isti Doctores loquantur breuius quā  
oposseat, ideo dicam vobis quod sentio. Et  
sit prima propositio: i nūstē excommunicā-  
tus nō ptiuatur suffragijs Ecclesie communi-  
bus. Hanc tenent omnes doctores, etiam illi  
qui asserunt, sententiam iniustam ligare. Sig-  
nanter Ricardus. arti. 7. q. 2. & Radude. q. 3.  
art. 1. & Alexand. vbi supra membris o. 1. folius  
Durand. eam negat: sed rationes Caetani, &  
Adriani sufficierent eam probant. Ecclesia  
enim nō approbat iniquam voluntatem, &  
sententiā iudicis, quācum ad hoc, cum sit dā-  
num innocentis sine aliqua utilitate publica.  
Secunda propositio, talis sententia, que non  
est ipso iure ierita, quantu ad hoc valida est,  
q sic excommunicatus, non solus propter  
scandalū, sed absolute tenetur vitare omnē  
comunionem, & vitari. Has duas propoſitio-  
nes tenet beatus Gregor. homi. 26. tractans  
illud Ioān. 20. Quorū remisit is peccata, &  
patet hęc. 1. ex multis iuris capitibus, & ex  
Urbano Papa. 11. q. 3. cap. qnibuinam. Quia si  
semel daretur facultas cuilibet dicernendi an  
causa sit iuxta, vel nō , esset magna confusio  
& schisma; ideo Ecclesia iustissime pr̄cipit,  
vt talis remedia querat iuris, & interim sen-  
tentiā timeat, & ciparcat Tertia propositio, si  
talis participaret in diuinis, vel alij eidem com-  
municaret publice, casde penas incurret

notta

+ 8

CO-

coram Ecclesiæ, ac si sententia iusta esset. Si  
 Enim non est delata appellatio ad superiore,  
 & conuincor de communicatione contra pre-  
 ceptum Ecclesiæ, index profecto ius dicere cot-  
 demnauit, tamquam irregularem. Hæc Inno-  
 centius extra de sententiâ excommunicati. 40.  
 & Gregor. in homilia citata. Quare propon-  
 sio: licet ex vi præcepti ecclesiæ sticci (etiam in  
 secreto) ille tenetur evitare, & evitari quia  
 præceptum Ecclesiæ aequaliter obligat ex-  
 communicationem in publico, & in secreto) ex  
 gaiehia tamen siue ex licentia presumptis  
 aut ratificatione potest communicare sine  
 scandalo. Quia in alijs præceptis sane inter-  
 pretantur intentionem Ecclesiæ, cum non sit  
 verisimile, ipsam vello obligare. Hic autem  
 nullo pacto est verisimile, Ecclesiæ ad absolu-  
 mendū obligare voluisse. Nec enim vult alii  
 cui innocēti inferre dānum, nisi propter dā-  
 num publicum. Priuare autem in publico, ne-  
 cessarium est ad publicā utilitatem in secre-  
 to autem priuare, non est necessarium. Hæc  
 potest esse mentem, & Caiet. & S. Tho.

Q V A E R I T V R , utrum excommunicatio  
 ignorata liget? Ad hoc sit prima propositio.  
 Si ignorantia invincibilis sit facti & iuris, id  
 est si sit talis, quem excusat a tota culpa morta-  
 li, excusat etiā a Canone, non incurrit ex-  
 communicatione. In hoc omnes concipiunt,  
 nec potest negari. Quia excommunicatio non

potest ferri nisi pro mortali: sed iste non peccauit mortaliter, ut supponimus: ergo. Partet hoc de constitutio, c. 2. Fem, quae culpa caret, in damnū vocari non conuenit. Secunda, si quis peccet mortaliter, & excommunicatione non sit formaliter lata pro illo fidei, non incurrit sententiam Canonis. I. si alquis sciens peccare mortaliter, & ignoret inuincibiliter id, pro quo lata est excommunicatione, non est excommunicatus. Verbi gratia, occido Christi, & scio me peccare illu ocedendo, ignoto canente inuincibilitate illum esse clericum, non incurro excommunicationem. Patet, quia excommunicatione non est lata contra percussum hominis, sed clerici: ut expresso habetur, cap. si vero ex ea de sententia excommunicationis. Tertia, si factum, pro quo lata est excommunicatione, sit alijs licitum, vel non condemnatum iure diuino: ignorantia Canonis excusat à poena. Verbi gratia, si Papa nunc sub poena excommunicationis praeciperet, ne quis vestiretur sacerdotio, & ego ignorarem Canonem istum, non incurro excommunicationem, quia non pecco mortaliter, cum ignoraré inuincibiliter. Probatur ex c. propoisti: 82. dist. Quarta, in omnibus statutis latere ab Ordinatijis circa Papam; ignorantia juris se sit inuincibilis, excusat à sententia Canonis, etiam si faciam mortale, pro quo est formaliter lata excommunicatione. Verbi gratia.

tia, Episcopus scilicet sententiam excommunicationis in cōcubinarios, ego ignoror illam, non incurto tam: estō sim cōcubinarius. Et hoc generaliter est verum in omnibus quorumcunq; Prælatorum inferiorum Papa. Et etiam in Religiosis patet, quia ita habetur extra de tententia excommunicationis, lib. 6. c. vt animarū periculis, vbi hoc ipsius expressè continetur. Et in his quatuor propositionibus omnes conueniunt doctores, nemine discrepante. Sed tota difficultas est de sententijs iuris latissimis 2 Papa, quibus est annexa excommunicatione. Verbi gratia, lata est in iure excommunicatione contra incendiarios: est dubium, an cadens in factū, & ignorans inuidibiliter ius, incurrat excommunicationem? De hoc sunt diuerſe sententie inter Docto. Adria. q. 3. de clauib; Sco. d. 26. q. 98. Maio. d. 18. q. 2. & Glo. in cap. a nobis de sententia excommunicationis, & in cap. vt animarū. Ioan. Andreibi. Bart. in l. cūctos populos, de summa Trin. Omnes isti tenent partē affirmatiuā; videlicet quod ignorātia iuris nō excusat a pœna, seu excommunicatione. Probat ex prædicto cap. vt animarū, in quo Papa in favorem animarum instituit, quod non incurrat excommunicationem qui sciens factum, ignorat ius: sed præcipit id obseruari in statutis Ordinariorum inferiorum, nullā prætor sustaciens mentione de statutis Papæ: ergo cum

*nolla**numm. by  
ex parte.*

Cum solim excepit suminus Pótifex Ordinariorum sententia, sit ut sententia iuris cōmuni in sua vi perseueret. Itē, quia ignoratiā iuris, cui est annexa irregularitas, nō excusat a tali pena, ut habet euc in, c. cū illorū d; tententia excommunicationis, ergo nec ignoratiā iuris, cui est annexa excommunicatio, excusat ab ea. Hac est hōrum sententia, & quidē videtur quod sit tutior, præscripsiō quia facit vīsus Ecclesie, quæ cōmuniter iurētis his laqueis, remittit ad superiorēs p̄t cōfessores: cito p̄nitentes laborare s̄g inuincibili ignorātiā. Appositā sententiā est act Sylvest. verbo. excommunicatio, 2. §. 3. & excommunicatio ultimo. §. 3. & verbo, ignorātiā, 1. §. 8. & summā Angelic. Et videntur esse Gaiet. & Anto. Qui omnes tenet, quod ignorātiā inuincibilis iuris excusat ab excommunicatione. Probatur, excommunicatione non potest ferri, nisi pro contumacia, ut patet ex Euange. sed qui ignorat inuincibiliter, non est contumax: ergo. Item si aliquis sciat substatiā mali actus, & ignorat inuincibiliter aliquam circumstantiam eius, nō imputatur ei ad malitiam talis circumstantiae: ergo. Ad argumenta vtriniq; opinionis potest faciliter responseri. Ecquāvis sapientissimus magister Victoria in neutrā partem aperte declinet, tamē primā sententiā reputat eū iūcū. Ea ideo tñēdūm est, quod

Si haec id, pro quo lata est formaliter excommunicatio, incurrit, restat invincibiliter ignorari ius. Nec valet solatio Sylvestri, quia etiam Pontifex est Ordinarius, & quod eius sententiae etiam excipiuntur in illo cap. ut animalium periculis, quia est contra communem usum loquendi. Nam in titu. de officio iudicis ordinarij, Iurisperiti communiter distinguunt Ordinarium a Summo Pontifice.

**Q**UÆRITVR, an incurrit sententiam excommunicationis, qui facit, aut omittit aliquid, invincibiliter, in ecclesiis le incurrit excommunicationem propter illud? Verbi gratia, furatus sum decem aureos in Ecclesia, & credo invincibiliter, quod ob illud crimen sit posita excommunicatione, cum tamen non sit est dubium, an incurrit? Et videtur quod sic, quia qui facit actu alias bonas, si cogitat esse malum, peccat propter illam conscientiam: ergo. Resp. quod in talis casu peccato mortali ter, & incurro tantam culpam & poenam, quam tamen incurrissem, si de facto fuisset impedita excommunicatione pro illo opere, sicut ego cogito: quia conscientia est quae damnat, vel absolvit. Secundum dico, quod talis quandoque habet illam conscientiam, debet le in omnibus habere, ac si vere esset excommunicatus: nam alias peccauit: propter conscientiam, quam habet. Tertio dico, quod talis de facto nullam excommunicationem incurrit. Prebatur, quia

ipse non potuit supra se ferre talem sententiam, nec alius tulit: ergo, Item, quia si ille cogitasset eodem modo, q[uod] propter illud opus incurreret illam, propter solam suam imaginacionem: ergo. Ad argumentum in contrarium dico, quod nō est ide iudicium de culpa & de pena, nam culpa p[ro]cedet ex voluntate; p[ro]pria autem non nisi a iure, vel a iudice.

3924

*notas*

